

Johann Georg Dorsche Anton Koch


**De Interfectione Jesu Christi Vivifica Assertionis Apostolicae Ecclesiae Actor. c.  
4. v. 27. 28. Meditatio**

Argentorati: Mülbe, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746346166>

Druck Freier  Zugang





95

52<sup>b</sup>.6.



Ja 1092 (95)

Tomo hoc XLVII. continentur:

1. Dithemi Icarus Academicus Norimb 1643.
2. Acclamatione preceptiva Academiae Genensis cum eo  
descenderet idem Ditherrus.
3. Orationes inauourales Academiae Ludunensis Patavoru.  
4. Polyvardi. Walai. Anno. 1620.
5. Thysii.
6. Hommi.
7. Sinapij.
8. Ravi Pancognia Orientalib; linguis Trajecti ditta. 1643.
9. Hier. Welleri Consilium de studio Theol. Rostoch 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostochi. 1643.
11. Iusti Jone oratio de eodem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Heimfii. Homilia in Natalem Domini. Lugd. 1613.
13. —. In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpij de Vinbu; Liberi Arbitrii ep II. cor III, 4. s. 1645.
15. Samhauen Doming gloria crucifixus. 1633.
16. —. De Melchisedeco e Gen. XII. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Peccati. 1639.
18. —. Analysis Capiti; Vad. Romanor. eodem.
19. Dorschauc De tribu; testib; in Terra. 1 Jo. V, 8. 1635.
20. —. De Peccato originali. eod.
21. —. Synopsis Theol. Zachariana.
22. —. ad Hebr. XIII, 8. 1643.
23. —. ad Act. IV, 27. 28. 1646.

24. D. Mentzerus de Ecclesia. 1608.  
 25. D. Hamerkenig de Persona Christi. 1645.  
 26. D. Cothmannig de Predestinatione. Rostoch. 1692.  
 27. ———. Pars II. ———  
 28. Jo. Croig de Orthodoxa Fidei Delecta Mamp. 1619.  
 29. ———. Vano. per Europā Doctrina cum script. s. conformitas.  
 30. ———. De Apostolici nominis causis.  
 31. ———. De Apostolica Ecclesiarū Vang. Doctrina.  
 32. ———. De Catholicismo Vot. Vangelicae.  
 33. ———. De Antiquitate Relig. Vangelicae.  
 34. Gocklenii Theses Apologeticae contra Finckium. 1606.  
 35. ———. De Analogia seu proportione.  
 36. Perzelius de S. Coena Stempforti 1602.  
 37. Tossani Theses contra Vangelicos. ibid. 1605.  
 38. Ravenspengeri Samson redivivus. ibid. 1619.  
 39. Heyderi Ruae quæstionum Theol. Maynurgi. 1611.  
 40. Eglani de Generaliōe Christi. ibid. 1608.  
 41. ———. De Fide justificante. ibid. 1617.  
 42. ———. De Peccato in Spiritum s. cod. 44 β. Croig de Pecc. de Baptismo.  
 43. ———. De Predestinatione. ibid. 449. Doctrina  
 44. ———. ~~Compensationem pro peccatis~~ Doctrina  
 45. Conradig Vorshig de Idolatria Pontificiorum in cultu Vrbani.  
 46. ———. Itie Stempfort. 1608.  
 47. ———. De Idolatria eorundē in cultu sanctorum.  
 48. ———. In cultu Imaginum Pontificiorum.

49. P. Petri Roeshii Soc. Jes. Disputatio Paradisiaca
50. Corradi Vossii Oratio Apologetica in  
pleno Confessu Ordinum Hollandiae et Westphaliae  
Gita. Hartmanni. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.  
Grosae. 1646.
52. — De Anima Hum. Simplicitate. 1644.
53. — Deinde IV. Conclusionum metaphysicarum. 1646.

1. 8.  
2. 3.  
3. 11.  
4. 24.  
5. 29.  
6. 2.  
7. 2.  
8. 38.  
9. 24.  
10. 39.  
11. 4.  
12. 4.  
13. 4.  
14. 4.  
15. 4.  
16. 4.  
17. 4.  
18. 4.  
19. 4.  
20. 4.  
21. 4.  
22. 4.  
23. 4.  
24. 4.  
25. 4.  
26. 4.  
27. 4.  
28. 4.  
29. 4.  
30. 4.  
31. 4.  
32. 4.  
33. 4.  
34. 4.  
35. 4.  
36. 4.  
37. 4.  
38. 4.  
39. 4.  
40. 4.  
41. 4.  
42. 4.  
43. 4.  
44. 4.  
45. 4.  
46. 4.  
47. 4.  
48. 4.  
49. 4.  
50. 4.

a - a	A - D
16	A - C
35	A - C
30	A - C
A - C	A - C
20	65
40	A - C
A - B	48
-	A - C
A - B	16
35	A - C
B - 36	A - C
A - 00	A - C
A - C	A - C
A - 00	A - C
A - B	A - B
A - D	A - K
A - 00	51
40	24
128	24
72	20
A - 00	
A - D	
19	
16	
32	
A - G B	
A - C	
A - 00	
A - C	
A - C	
B - G 1	
A - D	

DE  
INTERFECTIONE  
JESU CHRISTI  
VIVIFICA

*Assertionis Apostolicæ  
Ecclesie*

Actor. c. 4. v. 27. 28.

MEDITATIO.

*Quam*

DEO OPT. MAX. ILLUMINANTE

PRÆSIDE

JOH. GEORGIO DORSCHEO,  
SS. TH. DOCTORE, PROFESSORE  
ordinario & Ecclesiaste,

SOLENNI DISPUTATIONE  
*trahetur*

MENSIS JULII, DIE

M. ANTONIUS ROCH / MOENQ.  
FRANCOFURTANUS.



ARGENTORATI,

Typis JOANNIS PHILIPPI MÜLBI,  
Academiae Typographi, 1646.

3  
31  
34  
2  
3  
2  
2  
31  
24  
39  
42  
50  
43  
49  
44  
48  
47  
46



VIRIS

*Magnificis, natalium splendore, consiliis,  
judicio usq; rerum longissimo Nobilissimis,  
Celeberrimis*

DOMINIS,

DN. PRÆTORI,  
DN. CONSULIBUS,  
DN. SCABINIS,

ET

UNIVERSO SENATUI

Inelutæ & Liberæ  
Imperialis Civitatis  
MOENO-FRANCOFURTENSIS,  
PATRIÆ PATRIBUS  
vigilantissimis,

Dominis, Patronis, ac Promotoribus meis  
maximis, perpetua humilitate ac submissa  
devotione venerandis,

*In debita gratitudinis signum & studiorum ulte-  
rius patrocinium hocce studii sacri mei  
specimen dico & consecro*

M. Antonius Koch / Mœno-  
Francofurtensis, Resp.



PRÆSTANTISSIMO  
& Literatissimo  
DN. M. ANTONIO Koch/  
Moeno-Francof. Amico suo,  
RESPONDENTI.

Æternas epulas parat interfectio JESU.  
Non laniorum altum consilium illud eras.  
Vulturibus potius crucifixum exponere gaudet,  
Aut putrescentem cernere sava cohors.  
Summa manus, mens summa viget successibus istis,  
Non mens inferior, non manus inferior.  
Fitq; homicida Sacerdotis, res mira, minister,  
Hostiaq; hostili maxima casa manu.  
In rerum seriem sic se Deus ingerit, usus  
Ausibus humanis conciliante manu.  
Id nobis, KOCHI, meditandum. Calva culina  
Autorem laniis dicitat esse Deum.  
Tu coquus has epulas meliori mente tueris,  
Abstrusas anime delitiasq; capis.  
Nil epulas lanius tangit, mactare paratus.  
Omnia dat, qui ita se sacrificare potest.

Scrib. amoris mnemosynon

Joh. Georg. Dorscheus D.  
Præses Disput.

RESERVATISSIMO

et

DR. M. ANTONIO ROSSI

Medico-Francoe Amico suo

RESERVATISSIMO

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

et

Job. Georg. Dorchland

Paris 1704



Σὺν Θεῷ

# DE INTERFECTIONE JESU CHRISTI

VIVIFICA

ASSERTIONIS APOSTOLICÆ  
ECCLESIAE,

ACT. IV, 27. 28.

MEDITATIO.

§. I.



nterpellationi nostræ AntiTriglandianæ occurrit etiam locus Act. 4, 27. 28. inprimis in *Medit. de Voluntate Dei* J. Trigland. p. 25. quia verò in super temporis sancti ratio nos ad talium dictorum considerationem deducit, judicavimus operæ pretium esse, si expenderemus illam assertionem Apostolicam de voluntate consilioque divino circa sanctissimam innocentissimamque Salvatoris nostri Jesu passionem plenius. Sic autem habetur in fontibus.

Συνήχθησαν γὰρ ἐπὶ ἀληθείας (ἐν τῇ πόλει ταύτῃ inferunt Codd. nonnulli Græci Msc. quos exprimit edit. Frobenij in 4. Basil. A. 1545. Tigur. Frofchoveri in 8. A. 1559. Paris. Rob. Stephani in 12. A. 1559. H. Stephani A. 1617. adjecit Beza Ann. h. l. cum in edit. A. 1565. adhuc omisisset, licet in quinque exemplaribus MS&ctis se reperisse in prioribus etiam annot. profiteatur.) ἐπὶ τὴν ἄμων παῖδῶν σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχεις, Ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος, τὴν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, v. 28. ποιήσω ὅσα ἡ χεὶρ σου καὶ ἡ βουλή σου περῶσει γενέσθαι.

VULGATUS INTERPRES, ita habet:

A

Conve-

3  
11  
104  
2  
1  
2  
2  
38  
24  
39  
42  
43  
44  
48  
47  
46

Convenerunt enim verè in civitate ista adversus sanctum puerum  
tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus & po-  
pulis Israel, facere quæ manus tua & consilium tuum decreverunt fieri.

Syrus ita reddit.

אתכנשו ציר שריראות במדינתא הרא על קדישא ברך ישוע אינא  
ראנת משחת הרודס ופולטוס עם עממא וכנשא דישריל: למעבר  
כלמא דאירך וצב ינך קדם רשם דנהוג:

ARIAS MONTANUS ex Fabricio sic repræsentat. Con-  
gregati sunt enim verè in hac civitate adversus sanctum filium tuum Ie-  
schua, quem tu unxisti, Herodes & Pilatus cum gentibus & synagoga  
Israel, ut facerent, quæcunque manus tua & voluntas tua prius designave-  
rat esse facienda. MART. TROSTIUS ita textum Syr. reddit:  
Congregati enim verè sunt in urbe hac adversus sanctum filium tuum  
Ieschua, quem unxeris, Hiraudis & Pilatus, cum gentibus & cætu Israel,  
ad faciendum quicquid manus tua & voluntas tua prius desinivit ut fieret.

ARABS ex versione Fr. Junij, quam è Bibl. Palatina re-  
præsentavit, habet.

Nam isti convenerunt verè in hac provincia contra sanctum filium  
tuum Iesum Christum, quem unxisti, Herodes & Pilatus Pontius, cum populo  
& cætu Israel ad faciendum, quemadmodum prius manus tua & consilium  
tuum desiniverat fieri. Nota in Arab. pharaphrasi hæc extarè c. 7, 5.

SANTES PAGNINUS ita reddit: Convenerunt verè in civi-  
tate ista adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes &  
Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua &  
consilium tuum decreverunt fieri. ARIAS MONTANUS: Coacti  
sunt enim in veritate in sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, He-  
rodesq; & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quæcunq;  
manus tua & consilium præsinivit fieri. SEB. CASTALIO:  
Coierunt enim profecto adversus sanctum tuum puerum Iesum, quem un-  
xisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israeliticis, fa-  
cturi, quæcunque tu tua manu consilioque faciendæ destinasti. BEZA:  
Congregati sunt enim in hac civitate verè adversus sanctum filium tuum  
Iesum, quem unxisti (unxeris habent edit. priores) Herodes & Pontius  
Pilatus cum gentibus & populis Israeliticis, (Israel habet edit. prior.)  
ut facerent, quæcunque manus tua & consilium tuum prius desinierat ut  
fierent. (facienda habet edit. pr.) VATABLUS, qui Tigurinam

retinet,

ætinet, sic habet: *Convenerunt enim verè adversus sanctum filium tuum Iesum, quem unxisti, Herodes simul & Pontius Pilatus cum gentibus & populus Israel, ad faciendum quæcunque manus tua & consilium tuum prius decreverat ut fierent.* CALVINUS: *Verè enim convenerunt in hac urbe adversus sanctum Filium tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populus Israel, ut facerent, quæcung; manus tua & consilium tuum prius decreverat fieri.* B. LUTHERUS: *Wahrlich ja sie haben sich versamlet uber dein Heyligs Kind Iesum/ welchen du gesalbet hast / Herodes vnd Pontius Pilatus / mit den Heyden vnd dem Volck Israel/ zu thun / was deine Hand vnd dein Rath zuvor bedacht hat.* DIETENBERGIUS: *Dannin der warheit haben sie sich versamlet in dieser Statt wider deinen Heyligen Sohn Iesum/ welchen du gesalbet hast / Herodes vnd Pontius Pilatus mit den Heyden vnd dem Volck von Israel/ zu thun was deine Hand vnd Rath zuvor beschloffen hat/ das geschehen solt.* PISCATOR. *Dann es haben sich in der warheit wider deinen Heyligen Diener Iesum/ welchen du gesalbet hast / versamlet Herodes vnd Pontius Pilatus/ mit den Heyden vnd Völcckern Israel/ zu thun alles was deine Hand vnd dein Rath zuvor beschloffen hat/ das es geschehen soll.*

GENEVENSES gallicè sic transtulerunt: *Car de vrai, contre ton saint Fils Iesus, que tu as oinct, se sont assemblez Herode & Ponce Pilate avec les Nations & les peuples d' Israel, Pour faire toutes les choses que ta main & ton Conseil auoyent au paravant determinees d' estre faites.* DIODATI Italicè sic habet: *Conciò sin cosa che veramète si sieno raunati in questa città a Herode e Pōtio Pilato, insieme con le Gēti e cō popoli d' Israel, contra l' tuo santo Figliuolo Iesu, il quale tu hai unto; Per fare tutte le cose, che la tua mano e' tuo cōsiglio haveva innanzi determinato chesifacessero.*

§. 2. JOHANNES CHRYSOSTOMUS homil xi. post recitatum Psalms 2. locum, ita textum nostrum proponit & exponit: *Καὶ ἄπαρ συνήκας ἀπαιτοῦντες τὸν θεόν, περιφτεῖαν εἰς μίσην ἀγροῦσαν ἅμα καὶ ἑαυτοὺς ὡς μωθόμενοι, ὅτι εἰκὴ ἀπάντα μελέσωσιν οἱ ἐχθροὶ, ὃ ἂν κέρουσιν, τοῦτο ἐστὶν] ἐκεῖνα εἰς πέρας ἀγαγε, καὶ δείξον, ὅτι κενὰ ἐμελέτησαν. συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐν τῇ πόλει ταύτῃ ἐπὶ τὸν ἀγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχεις ἡρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος ἀνέθρονες καὶ λαοὶς Ἰσραὴλ, παιήσωσιν ὅσα ἡ χεὶρ σου καὶ ἡ βουλὴ σου περῶσει γενέσθαι. καὶ τὰ νῦν κύεις ἐπίδεδε ἐπὶ πᾶσι ἀπειλὰς ἀυτῶν. Οὐκ ἔστι τὴν φιλοσοφίαν, καὶ πῶς ἐχὶ καταρῶμένων ἐστὶ ταῦτα.*

Patrum varia expositio.

3  
11.  
24  
2  
2  
31.  
24  
39.  
42  
43  
44  
48  
47  
46.

Erasmus ita reddit: *Prophetiam in medium afferunt, tanquam pactum*  
*à Deo exigentes & seipfos interim consolantes, quod in vanum hostes me-*  
*ditentur omnia. Hoc autem est, quod dicere volunt: Illa in medium pro-*  
*fer & ostende, quod vana meditati sint. Congregati enim sunt reve-*  
*ra in civitate hac contra sanctum puerum tuum Jesum, quem*  
*unxisti, tam Herodes, quam Pontius Pilatus, cum gentibus & po-*  
*pulis Israel ut faciant, quæcunque manus tua & consilium tuum*  
*fieri præsumit & nunc domine, vide in minas illorum. Vides phi-*  
*losophiam, & quomodo his non imprecetur mala. THEOPHYLACTUS*  
*ita habet. Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀληθείας ἐπὶ τὸν ἄγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν*  
*ἔχεις, ἠρώδης τε καὶ πόντιος πιλᾶτος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, ποιήσαι*  
*ἔσται ἡ χεὶρ σου καὶ ἡ βουλή σου παροΰσσει γενέσθαι. Τουτέστιν, ἐκ αὐτοῦ ἰχυσῶν, ἀλλὰ*  
*σὺ εἶ τὸ πᾶν ἐπιέρας καὶ εἰς πέρας ἀγαθῶν, δευμήχανος καὶ σοφός, ὁ τοῖς*  
*ἐχθεσί εἰς τὸ βούλημά σου χρησάμενος. συνήλθον γὰρ ἐκείνοι ὡς ἐχθεῖ, ἐπιούρου*  
*δὲ ἂν ἐβούλου. Τὶ δὲ ἐστὶν ἡ χεὶρ σου. ἐν ταῦτα τοῦτο μοι δοκεῖ λέγειν δύναμιν*  
*καὶ βουλήν, ὅτι ἀρκεῖ βουληθῆναι σε μόνον. εἰ δὲ εἰς γὰρ δυνάμει παροΰσσει. τουτέστιν,*  
*ἔσται διέταξας. LAUR. SIFANIUS ita reddit: Coierunt enim revera ad-*  
*versus sanctum filium tuum Jesum, quem unxisti, & Herodes & Pontius*  
*Pilatus cum gentibus & populus Israel, ut facerent, quæ manus tua & con-*  
*silium tuum, ut fierent, prædestinaverat. h. e. non ipsi potuerunt, sed*  
*tu es is, qui, quicquid accidit, fieri permisisti & ad finem perduxisti,*  
*qui facile rem quamque expedire & explicare scis, qui sapiens*  
*& solers es, qui inimicorum tuorum, in ijs, quæ decreveras, ope-*  
*ra usus es. Coierunt enim illi, ut inimici, faciebant autem, quæ*  
*tu volebas. OECUMENIUS in Cat. h.l. Συνήχθησαν γὰρ ἐπ' ἀλη-*  
*θείας ἐπὶ τὸν ἄγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχεις, ἠρώδης τε καὶ πόντιος πιλᾶ-*  
*τος σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραὴλ, ποιήσαι ἔσται ἡ χεὶρ σου καὶ ἡ βουλή σου παροΰ-*  
*σσει γενέσθαι. Ποῖα ἔθνη ἐφρόσασαν καὶ τοῦ χειρὸς τὸ ἰσχυρῶν Ἰουδαίων δηλονότι.*  
*Εἰ γὰρ καὶ Ἰουδαῖοι ἦσαν πάντες, ἀλλ' ἐν ἐκ διαφόρων ἔθνων, ἐν οἷς ἦσαν διεσπαρ-*  
*μένοι. ποιήσαι ἔσται ἡ χεὶρ σου, τουτέστι, ἐκ αὐτοῦ ἰχυσῶν, ἀλλὰ σὺ εἶ ὁ πᾶν*  
*ἐπιέρας καὶ εἰς πέρας ἀγαθῶν, δευμήχανος καὶ σοφός. συνήλθον μὲν γὰρ ἐκεί-*  
*νοὶ ὡς ἐχθεῖ καὶ φονικῆ παροΰσσει. ἐπίκειν δὲ ἂν ἐβούλου. σὺν ἔθνεσι καὶ*  
*λαοῖς Ἰσραὴλ. Ἐν Ἱερουσαλὴμ Ἐβραῖοι μετὰ Καϊάφα καὶ Ἀννα. λαὸς μετὰ*  
*Πιλᾶτου. ποιήσαι ἔσται ἡ χεὶρ σου καὶ ἡ βουλή σου παροΰσσει γενέσθαι, τὸ αὐτὸ βού-*  
*λεται δοιοῦν ἡ χεὶρ καὶ ἡ βουλή. δύναμις γὰρ ὁ παροΰσσει ἐχρεῖα βουλή. ἔσται*  
*ἂν διέταξας ἐξ ἀρχῆς γέροντες. Joh. Bernardus Felicianus ita reddit:*  
Congre-

Congregati enim revera sunt contra sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populo Israel, ut facerent, quaecunque manus tua & consilium tuum fieri predestinarat. Quænam gentes fremuerunt contra Christum? Judæorum videlicet. Quàmvis enim Judæi essent omnes, ex diversis tamen erant gentibus, in quibus dispersi erant. Cum gentibus & populis Israel. In Hierusalem Hebræi cum Caipha & Anna, populi cum Pilato. Ut facerent, quaecunque manus tua & consilium tuum fieri predestinarat. Hoc est; non ipsi potuerunt, sed tu es, qui omne id permisisti & ad finem perduxisti, qui potens & sapiens es. Convenerunt enim illi ut hostes & inimici animo cædem inhiantes, ea tamen fecerunt, quæ tu voluisti. Idem significat manus & consilium. Cui enim potentia ad est, consilio opus non est. Quaecunque igitur à principio statuisti, ea facta sunt. Manus hic omnia cum ratione & oportune à Deo administrari significant, propterea quod sola quoque natura composita rationalis, quæ non alia, quam hominis est, manu plerumque uti ad maximè necessaria exequenda consuevit. TERTULLIANUS *adversus Praxean* cap. 28. ita adducit & applicat nostram locum. Christum facis Patrem; stultissimè, qui nec ipsam vim inspicias nominis huius, si tamen nomen est Christus, & non appellatio potius, unctus enim significatur. Unctus autem non magis nomen est, quam vestitus, quam calceatus, accidens nomini res. At tu, si ex aliquo argumento vestitus quoque vocaretur Iesus, quomodo Christus ab unctionis sacramento, æquè Iesum Filium Dei diceres, vestitum verò Patrem crederes. Nunc de Christo, si Pater Christus est, Pater unctus est, & utique ab alio. Aut si à semetipso, proba. Sed non ita docent acta Apostolorum in illa exclamatione Ecclesiæ ad Deum. Convenerunt enim universi in ista civitate adversus sanctum Filium tuum, quem unxisti, Herodes & Pilatus cum nationibus, ita & filium Dei Iesum contestati sunt & filium à Patre unctum. Ergò Iesus idem erit Christus, qui à Patre unctus est, non pater, qui filium unxit. *Aliter representat textum Tertullianus lib. de Baptismo Cap. 7. cum ait: Exinde egressi de lavacro perungimur benedicta unctione de pristina disciplina, qua ungui oleo de cornu in sacerdotium solebant. Ex quo Aaron à Mose unctus est, unde Chri-*

Quis dicitur à chrismate, quod est unctio, quæ Domino nomen  
accommodavit, facta spiritalis, quia spiritu unctus est à Deo  
Patre, sicut in Actis: *Collecti sunt enim verè in ista civitate adversus  
sanctum filium tuum, quem unxisti.* HILARIUS Comm. in Psal. 2  
*de nostro loco post ipsius representationem disserit.* Quid in libro Acto-  
rum suorum de hoc eodem Psalmo iisdem Apostoli senserint, ver-  
bis ipsorum loquemur. Scriptum namque est: *Et ipsis dicenti-  
bus, Domine, tu es, qui fecisti cælum, & terram, & mare, & omnia, quæ  
in illis sunt; qui per os Patris nostri David, sancti pueri tui, dixisti, Quare  
fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania? Adstiterunt Reges  
terre & Principes convenerunt in unum, adversum Dominum & adver-  
sum Christum eius. Convenerunt enim in veritate in civitate ista adver-  
sus sanctum filium tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pila-  
tus, & populus Israel, facere, quanta manus tua & consilium præscripsit  
fieri. Et nunc Domino, respice in minas eorum, & da servis tuis cum omni  
fiducia loqui verbum tuum.* Non ergo ambiguum est, quid tanto  
anteriore tempore Prophetiæ Psalmus ostenderit. Nam permix-  
tum sibi in Herode & Pilato gentes frementes, & populi vana me-  
ditantes, in unum cum ipsis suis principibus & regibus adstite-  
runt. Communi enim & præsidis & Tetrarchæ iudicio, in Do-  
minum confirmata damnationis est passio. Et quidem diligenter  
secundum Propheticam scientiam, unicuique generi & nomini  
singulorum quorumque verborum est proprietas cooptata. Ut  
gentes fremuerint imperito sc. motu inconditoque Dei filium in  
corpore cernentes & odientes. Quæ usque ad eò fremuerunt, ut  
corona spinea caput compunxerint, veste regia indutum saluta-  
tione atque honore regis illuserint, harundine caput contude-  
runt, aceto ac felle potaverint, latus foderint. Cohors enim mi-  
litum Pilato subditorum ex fremitu iræ intemperantis hæc gessit.  
Populi autem inania meditati sunt, id est, inani in doctrinis Dei  
meditatione versati, cum per meditationem legis non intellexe-  
runt, qui prædicabatur in lege. Iam enim tum non tantum ex illa  
secundum carnem Abrahamæ generatione synagoga populus ab-  
undabat, sed ex multis populis in uno Israel populi nomine mul-  
torum populorum diversitas continebatur. Populi itaque isti  
meditati sunt inania, ex multis populis in unum populum con-  
grega-

gregati. Reges quoque adfiterunt, Pilatus scilicet ac Herodes, in quibus Reges terræ intelliguntur, & uterque pro legum, quibus præerant, necessitate, præsentia suæ adhibuit officium. Qui autem impio irreligiosoque consilio multis convenientibus adversus Dominum tractarunt, hi principes convenerunt in unum, frequenter scilicet in domum Cayphæ omnibus Sacerdotum Principibus congregatis. Denique Reges terræ cognominati sunt Herodes Tetrarcha & Pilatus præses, quia jure terreni imperij adfiterunt, hæc Hilarius. AUGUSTINUS, Tom. 7. de prædestin. sanct. c. 16. Est, inquit, in malorum potestate peccare. Ut in peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei dividens tenebras & ordinantis eas, ut hinc etiam, quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur, nisi voluntas Dei. Legimus in actibus Ap. cum dimissi à Judæis Apostoli venissent ad suos, & indicassent, quanta in sacerdotes & seniores dixissent, levaverunt illi vocem unanimes ad Dominum, & dixerunt, Domine tu es qui fecisti cælum & terram & mare & omnia, quæ in eis sunt, qui per os patris nostri David sancti pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania, adfiterunt Reges terra & principes convenerunt in unum adversus Dominum & adversus Christum eius. Convenerunt enim in veritate in civitate ista, adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pilatus & populus Israel, facere quanta manus tua & consilium prædestinavit fieri. Ecce quod dictum est Rom. 9. secundum Evangelium quidem inimici propter vos. Tanta quippe ab inimicis Judæis manus Dei & consilium prædestinavit fieri, quanta necessaria fuerant Evangelio propter nos. Hunc Augustini locum Genuensis Ecclesiæ Presbyteri in dubium vocarunt & obscurum censuerunt. Ideoque PROSPER AQUITANICUS Episcopus Rhegiensis in resp. ad excerpta Genuens. dub. 7. ita ait. Subnexuistis etiam, quod post multa differens S. Augustinus ait: Est ergo in malorum potestate peccare. Ut autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in illorum potestate, sed Dei dividens tenebras, & ordinantis eas, ut hinc etiam, quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei. Quod cum sit apertissimæ veritatis, miror inter obscura decerptum: quasi non ex coherentibus potuerit omnis hæsitatio lectoris absolvi. Inspecite ergo,

ergo, quod sequitur. Legimus inquit, in Actibus Apostolorum, quod cum dimissi à Iudeis Apostoli ad suos venissent, & indicassent, quanta eis Sacerdotes & seniores fecerunt, levaverunt illi vocem omnes unanimes ad Dominum, & dixerunt, Domine, tu es, qui fecisti cælum & terram, & omnia, quæ in eis sunt, qui per os patris nostri David sancti pueri tui dixisti. Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terra & principes convenerunt in unum, adversus Dominum & adversus Christum eius? Convenerunt enim in veritate in civitate ista, adversus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pilatus & populus Israel, facere, quanta manus tua & consilium prædestinavit fieri. Si ergo, quæ per os Patris nostri David Spiritus S. prophetavit, aliter intelligi ullo modo, quam ab Apostolis sunt intellecta, non possunt, & Herodes ac Pilatus & populus Israel fecerunt, quanta manus Dei & consilium prædestinavit fieri, quid inconveniens ait admirabilis disputator? Est, inquit, in malorum potestate peccare; ut autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in illorum potestate, sed Dei dividens tenebras & ordinans eas, ut hinc etiam, quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei. Malè enim velle facillimum est malis: & eorum damnabilem voluntatem non dubium est à Dei potestate concludi, ut effectum cupiditatis suæ, nisi ille permiserit, habere non possint. Ut autem sapientiam & justitiam Dei etiam malorum operibus, quæ ex ipsorum prodeunt appetitu ad implenda consilia & judicia sua, nullus vel tenuiter secundum pietatem doctus ignorat, qui videt Dei Patris optimam voluntatem, non parentis filio suo, sed pro nobis omnibus tradentis eum, pessima traditorum Judæ & Judæorum voluntate completam. Et qui in Evangelicis paginis legit, dicente Pilato ad Jesum, *Mibi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te & potestatem habeo dimittendi te?* respondisse Dominum: *non haberes in me potestatem ullam, nisi esset tibi data desuper.* Dividit igitur Deus inter lucem & tenebras: nec idèd inculpabiles sunt tenebræ, quia eis bene utitur Deus, qui etiam de opere eorum, quod filiis lucis in bonum procederet, ordinavit: tantum progredi sinens malitiam nocere cupientium, quantum eam sanctis suis vel castigandis novit utilem, vel probandis; ut hinc etiam, quod faciunt contra voluntatem

tatem

statem Dei non impleatur nisi voluntas Dei. Sic PROSPER in  
resp. ad capitul. Gallor. 13. Si, inquit, quaeritur, an de istis, quos à  
vera religione impius error avertit, aliquid boni profectibus san-  
ctorum & incrementis Ecclesiae providentia divina contulerit,  
inspiciatur primum ipsa crux Christi, in qua magno scelere Ju-  
daeorum misericors voluntas Dei, ut pro redemptione nostra unus  
filius ejus occideretur, impleta est. Inspiciatur Apostolorum glo-  
riosa tolerantia inter persecutorum fremitus hac animi voce ad  
Deum clamantium: *Convenerunt ergo verè in civitate ista adversus  
sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus,  
cum gentibus & populis Israel, ut facerent, quae manus tua & consilium  
praedestinavit fieri.* Inspiciantur denique innumerabilium mar-  
tyrum palmae, quibus de crudelissima infidelium saevitia felix  
collata est victoria. Sic PROSPER lib. 2. de vocat. Gent. cap. 15. An,  
inquit, forte, ut plerique garrunt, meliora quam veterum inge-  
nia nostris seculis orta sunt, & aptiores divinis donis animas  
tempora extrema pepererunt? Quod etiamsi ita esset, ad bonita-  
tem id referendum esset auctoris, qui vocandis ad vitam aeternam  
populis, ea, quae non reniterentur, corda finxisset. Sed nihil pro-  
lus novatum est in generatione carnali, nec generosior avis mi-  
norum orta successio est, cum potius in hominibus illius tempo-  
ris, quo mundi redemptor advenit, quantum erat propago tardior,  
tanto sit iniquitas inventu robustior. Probavit hoc Judaici fu-  
roris impietas. Et quam apta Evangelio Christi fuerit illa gene-  
ratio, non solum populi, sed etiam scribarum & principum ac  
Sacerdotum corda docuerunt. Quibus parum fuit, in agnum  
Dei tollentem peccatum mundi, contra testificationem legis,  
contra oraacula Prophetarum, contra divinarum experimenta  
virtutum, seditionibus, contumelijs, sputis, alapis, colaphis, la-  
pidibus, flagris, & ad postremum crucis atrocitate saevisse, nisi  
etiam testes resurrectionis ejus eadem persequerentur insania.  
Quam Apostoli, quando à Pontificibus flagellati sunt, ostende-  
runt in Psalmo Davidico prophetatam, dicentes, *Domine, tu es, qui  
fecisti caelum & terram & mare, & omnia, quae in eis sunt, qui Spiritus  
per os Patri nostri David pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes &  
populi meditati sunt inania? Adstiterunt Reges terra & principes conpe-*

B

neruna

verunt in unum adversus Dominum & adversus Christum ejus. Con-  
verunt enim verè in civitate istà adversus Sanctum filium tuum Iesum,  
quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel;  
facere, quæ manus tua & consilium decreverunt fieri. Igitur ad mani-  
festandam gratiam Dei, quæ ex æterno ejus incommutabilique  
consilio, in salutem omnium gentium, disponebatur, nõ priora,  
quasi incapacia declinata sunt tempora, sed ista electa, quæ tales  
populos ediderant, quorum ferox & voluntaria iniquitas, non  
consulendi affectu, sed intentione saviendi persisteret facere,  
quæ manus Dei & consilium decreverunt fieri, ut mirabilior ef-  
set gratia & potètia Dei, quæ de tam duris animis, tam tenebro-  
sis mentibus, tam inimicis cordibus fecit sibi populum fidelem,  
subditum, sanctum, qui non per sapientiam hujus mundi perve-  
nit ad lumen sapientia, sed per Dei donum. hæc PROSPER. Sic  
etiam post PROSPERUM de isto consilio divino disserit FUGEN-  
TIUS ad Monimum lib. 1. s. 26. dum ait: Neque verò, sicut præ-  
destinavit Deus sanctos ad justitiam accipiendam, sic prædesti-  
navit iniquos ad eandem justitiam amittendam, quia misericors  
Dominus & justus potuit gratis à pravitate liberare, quem vol-  
luit; pravitatis autem operator nunquam fuit, quia pravus nun-  
quam aliquis fuit, nisi in quantum à Deo discessit. Nec disces-  
surum Deus prædestinavit, quamvis discessurum cognitio divina  
præviderit. Deus igitur, licet autor non sit malarum cogitatio-  
num, ordinator tamen est malarum voluntatum, & de malo ope-  
re cujuslibet mali non desinit ipse bonum operari. Nec in ipsis  
injusta voluntatis operibus deserit operum suorum justum or-  
dinem, quia & hoc in ipso ordine habet, quod malam justè dese-  
rit voluntatem. Quam tamen sic in suis malis operibus à se  
discedentem deserit, ut ibi permittentis Dei operatio bona non  
desit, dum & in peccantis voluntate injusta implet ipse justitiam,  
& de malo, quo peccantem judicat, quibus ipse vult, beneficium  
prærogat. LEO M. serm. 1. de pass. Dom. ita locum nostrum tractat.  
Quod Dominus majestatis suæ potentiam comprimit, & vim in  
se persecutoris admittit, ex illa est voluntate, qua dilexit nos, &  
tradidit semetipsum pro nobis, cooperante in hoc ipso Patre,  
qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit  
illum.

illum. Una enim est patris & filij voluntas, ut una est divinitas, de cujus dispositionis effectu nihil vobis gratia Judæi, nihil tibi Juda debemus. Salvationi quidem nostræ, non hoc vobis volentibus, impietas vestra servivit, & per vos factum est, quicquid manus Dei & consilium decreverunt fieri. Mors ergo Christi nos liberat, vos accusat. Meritò soli non habetis, quod omnibus perire voluistis. Et tamen tanta est bonitas nostri redemptoris, ut etiam possitis consequi veniam, si Christum Dei filium confitendo illam parricidalem malitiam relinquatis. Quod remedium nec te Juda transiret, si ad eam pœnitentiam confugisses, quæ te revocaret ad Christum, non quæ instigaret ad laqueum. IDEM serm. 17. de pass. Dom. inquit: Cum omnia, quæ in Christum Judaica admisit perfidia, tantò ante prædicta sint, ut non tam de futuris, quam de præsentibus propheticus sit sermo contextus, quid aliud nobis quam sempiternarum dispositionum Dei incommutabilis ordo referatur, apud quem & discernenda jam judicata, & futura jam facta sunt. Cum enim & qualitates actionum nostrarum & effectus omnium voluntatum scientia divina præveniat, quantò magis Deo nota sunt opera sua, & rectè placuit, quasi facta recoli, quæ non poterant omnino non fieri? Unde & Apostoli spiritu Dei pleni, cum inimicorum Christi minas sævitiamq; paterentur, cõcordi ad Deum voce dixerunt; *Convenerunt enim verè in civitate ista adversus puerũ tuum Iesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel facere, quæ manus tua & consilium tuum decreverunt fieri.* Nunquid iniquitas persequentium Christum ex Dei est orta consilio? Et illud facinus, quod omni majus est crimine, manus divinæ præparationis armavit? Non hoc planè de summa justitia sentiendũ est, quia multum diversum multumq; contrarium est id, quod in Judæorum malignitate præcognitum, & quod in Christi est passione dispositum. Non inde processit voluntas interficiendi, unde moriendi, nec de uno extitit spiritu atrocitas sceleris, & tolerantia redemptoris. Non enim impias furentium manus immisit in se Dominus, sed admisit: nec præsciendo, quod faciendum esset, coegit ut fieret, cum tamen ad hoc carnem suscepisset ut fieret. Denique inter crucifixum & crucifigentes tam dispares causæ sunt, ut quod à Christo susceptum

est, non posset resolui, quod ab illis commissum, possit aboleri. Qui enim venit peccatores salvos facere, nec ipsis quidem interfecto-ribus suis misericordiam denegavit, sed impiorum malum in bonum credentium commutavit, ut mirabilior fieret gratia Dei. Quod itaque Dominus Jesus Christus furorem frementium pati voluit, in nullo autor eorum criminum fuit: nec egit, ut hec vellent, sed cessit ut possent, & sic usus est oecœcati plebis infania, quomodo & perfidia traditoris, quem ab immanitate concepti sceleris, & beneficijs revocare dignatus est & verbis, assumendo in discipulum, provehendo in Apostolum, monendo signis, consecrando mysterijs, ut cui nihil benevolentia deesset ad correctionem, nihil occasionis superesset ad crimen. JOHANNES MAXENTIUS ANTIQCHENUS dialogo i. introducit Nestorianum ita ex nostro loco argumentantem. Harum naturarum diversitatem confundis, Deū natura prædicans eum, qui unitione Dei verbi Deus est. Nam si non unitione, sed natura Deus est, qui de virgine natus est, procul dubio Deus est unctus, & non puer Jesus Christus. Sicque jam non Christus factus creditur Deus, sed Deus juxta vos factus intelligitur Christus, & mentiuntur discipuli in actibus Apostol. non Deum, sed puerum Jesum unctum testificantes atque dicentes: *Convenerunt enim verè in civitate ista adversum sanctum puerum tuum Iesum, quem unxisti, Pilatus & Herodes: Ipse autem MAXENTIUS ita responder.* Non confundimus naturatum diversitatem, quia nec divinitatem verbi in naturam credimus conversam humanam; nec rursus humanam in divinitatis mutatam essentiam prædicamus. Veruntamen Christum, non, ut tu asseris, Deum factum, sed Deum factum Christum, quod tibi displicet, confitemur. Quia non cum pauper esset, dives factus est, sed cum dives esset, pauper factus est, ut nos divites faceret. Nec enim, cum esset in forma servi, formam Dei accepit, sed cum esset in forma Dei, formam servi accepit. Similiter etiam nec cum esset caro, verbum est factum, sed cum esset verbum, caro factum est. Quod autem dicis, si natura est Deus puer natus de Virgine, fallunt discipuli in actibus Apostolorum, non Deum, sed puerum Jesum unctum testificantes, non illi fallunt, sed tu potius falleris, qui Deum secundum carnem unctum  
non

non intelligis. Nam si non contrario, sed uno spiritu discipulos & prophetam credis locutos, audi prophetam Deum unctum manifestè docentem atque dicentem, sedes tua Deus in seculum seculi, virga æquitatis virga regni tui. Dilexisti justitiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo laticitiæ præ participibus tuis: Hinc evidenter apparet, non alium esse unctum puerum Jesum, nisi Deum; nec esse alium Deum unctum nisi puerum Jesum, si tamen non duos, sed unum Christum prophetas & apostolos prædicasse non dubitas. ARATOR, qui vixit A. Chr. 545. lib. 1. hist. Apostoli ita hunc locum carminè explicat:

Postquam mira salus in corpore nata verusto  
Discipulis audita liquet, gentisque superba  
Cognovere minas, celebrant his vocibus hymnum:  
Tu qui cuncta Deus propriis animata figuris  
Artifici sermone facis, quique edita cernens  
Ante vides, rerumque creans per nomina formas,  
Cum fierent, vox semen erat, nec distulit ortus  
Imperium natura sequens, mox spiritus oris  
Æthera curavit, sola nexuit, aquora fudit,  
Materiamque operis sola est largita voluntas.  
Ne deforme jugum similis portaret imago,  
Tegmine servili latuit regnator olympi,  
Ut sua gentiles implerent cæpta furores.  
Quis dolus Herodis, cum tristia bella moveret,  
Infantum mandata neci, quos ubere raptos  
Vulnera suscipiunt, parvis errantia membris  
Vix habitura locum, sevoque jubente tyranno  
Nasci poena fuit, cuius tulit imperus ævum  
Quem nescivit agi, qui perdidit. O nova mortis  
Conditio, solo vitam pro fine subire.  
Et cum prima dies atque ultima sit simul una  
Posse magis, quam scire mori, quæ lumine sicco  
Aut gemitu cessante queat memorare, Pilate,  
Quod deslent elementa nefas, quo iudice Christus  
Subdere pro mundi voluit sua membra periculis.

*Ut carnale malum caro solv eret, & ferus hostis,  
Cujus ab ingenio fluxerunt tela veneni,  
Perderet antiqui lacrymosa piacula belli,  
Materia superante pari, ne criminis ultra  
Per sobolem prodiret onus. Damnatio iusti*

*Libertas est facta reis.* THEODORETUS in Ps. 2. inquit. David in hoc Psalmo Domini Christi humanos cruciatus regnumq; prædicat, nec non gentium vocationem vaticinatur, Judæorumque perfidiam deplorat. Hoc enim *quare fremuerunt gentes* lugentis est atque accusantis dementiam. Ad interpretationem hujus loci longo anfractu verborum nobis non est opus, cum divus Petrus Apostolorum princeps in actis eum enucleasset, eumq; & Herodem, & Pontium Pilatum, & principes Sacerdotū & scribas & Reges & Potestates nominasset. Hic enim à Romanorum Imp. ut provinciam gubernaret missus est; ille verò Judæorum Tetrarcha tum temporis erat, & hic quidem ex Judæis. subditos trahebat, ille verò ex gentibus milites. Sed tamen qui apud ipsum fuerant & dominum occiderunt, vana & inania consultaverunt, quippe qui oblivione. obscurare ab ipsis crucifixum non potuerunt. Cum enim tertia die resurrexisset, totius terræ potitus est. Ingeniosè sanè & optimo jure hæc verba *meditati sunt inania* populi personæ accommodavit. Judæi namque hoc prævium consilium contra Salvatorem inierunt, & testis est sacrorum Evangeliorum vox, docens, abeuntes Phariseos consilium cepisse, quomodo illum perderent. ISIDORUS HISPALENSIS *de morte Domini cap. 20. pag. 174.* Quia Christum Judæi non agnoscetes congregati sunt ad interficiendum eum, & universalem ad sensum in passione ejus præbuerunt, ita legitur: *Quare fremuerunt gentes*, id est, Romani, & populi *meditati sunt inania*, hoc est, Judæi. Adstiterunt Reges terræ, hoc est, Herodes & Pilatus, & Principes convenerunt in unum, sc. principes Sacerdotum & Seniores Judæorum, adversus Dominum & adversus Christum ejus. hæc Isidorus. Cæterum quousque valeant hæc & similes aliæ Satanæ in hominibus impijs molitiones, idem explicat *lib. 3. Sentent. cap. 5. pag. 88.* Insidiæ Diaboli atque astutiæ, quamvis huc atque illuc quærentes quem devorent dif-  
fundan-

fundantur, à potestate tamen divina non egrediuntur, ne tantum  
 noceant, quantum maliosè contendunt. Nam quomodo  
 sanctorum virtus tanta tolerare posset, si superna dispensatio pro  
 moderamine nequitiam dæmonum non refrænaret? Et licet  
 Diabolus justis tentationem semper inferre cupiat, tamen si à  
 Deo potestatem non acceperit, nullatenus adipisci potest, quod  
 appetit. Unde & omnis voluntas Diaboli injusta est, & tamen  
 permittente Deo omnis potestas justa. Ex se enim tentare quos-  
 libet injustè appetit, sed eos, qui tentandi sunt & prout tentandi  
 sunt, non nisi tentari Deus justè permittit. Unde etiam in li-  
 bris Regum de Diabolo scriptum est, quia Spiritus Domini ma-  
 lus irruebat in Saul. Ubi justè queritur, si Domini, cur malus,  
 si malus cur Domini dicatur? Sed duobus verbis comprehensa est  
 & Dei potestas justa, & diaboli voluntas injusta. Nam spiritus  
 malus per nequissimam voluntatem, & idem spiritus Domini  
 per acceptam justissimam potestatem. hæc ille. Sed satis sit ex  
 antiquitate ad hujus assertionis Apostolicæ Ecclesiæ illustratio-  
 nem delibatum. Accedamus ad ipsam analysin.

§. 3. Consideramus I. *conventum*. Ejus designatur I. *actus*.  
 Συνήχθησαν, inquit οἱ ἰδιοὶ ἑξ Ἀποστόλων. Συνάγειν, συνάγειν &  
 similia perpetuo fere in sacris literis non solum de coitione, con-  
 ventione atque congressu in consilijs, affectibus, finibus atque  
 scopo usurpantur, sed etiam de locali cōfessu aut congregatione  
 ad objectum tractandum agitandumque, idque non solum in lo-  
 co quodam communi, sed etiam proximo proprioque; id quod  
 exemplorū inductione liquet. Nisi forte eximendus locus *Matth.*  
*24. 28. & Luc. 17. 37.* cum ait Salvator, ὅπου ἐὰν ᾖ τὸ πῶμα, ἐκεῖ συναχθή-  
 σονται οἱ ἀετοὶ: *ubi est cadaver, ibi congregantur aquila*: ubi, quocunq;  
 demum modo ad scopum sermocinantis Christi applicetur, de-  
 quo videre est apud Doctorem Gerhardum *Harm. Evang. c. 160. p.*  
*922. & c.* ad ὁμόνοιαν spectatur, & rectè applicatur illud *Phile-*  
*monis*:

Ἀπαῖτες οἱ λέοντες εἰσιν ἄλκιμοι:  
 Δελοὶ πάλιν δ' ἐξῆς ἀπαῖτες οἱ λάρχοι:  
 ἢ ἐς ἀλώπηξ ἢ μὲν εἶρων ἢ φύσει,  
 ἢ δ' ἀνδραγαθῶ. ἀλλ' ἐὰν λεισμεύειας

Αλλω

An  
 textus, in  
 quo I Con-  
 ventus, &  
 ejus I. Actus.

3  
 11  
 34  
 2  
 3  
 2  
 2  
 38  
 24  
 39  
 42  
 50  
 41  
 49  
 44  
 48  
 47  
 46

Ἀλώπεκας τις πναρόρι, μίαν φύσιν  
Ἀπαξάπασιν ὀφείλου, ἰερόνθ' ἔνα.

Christus indicat, tandem in adventu suo glorioso, sicut & in regno gratiæ, magnum consensum, summam communionem, co-hæSIONem intimam fidelium fore in amplexu sui. Atque ided impertinenter sollicitus est GROTIUS h. l. ne πλωμα Christo glorioso tribuatur. Neque enim, etsi Christus in proverbio per πλωμα designatus dicatur, propterea absolute πλωμα dicitur. Potest tamen etiam ad Sacrificialem suum odorem respectare Christus, cujus sensus longè lateque est dulcissimus. Et illud omnino inconcinnum est, quod ait GROTIUS, per πλωμα intelligi τὸς πῶς ἀπέξεις τὸ σώμα ὁ θανατόντας, per aquilas verò sublimia dona Spiritus sancti. Neque enim de horum donorum in humiles & mortificatos dispersione & derivatione Christo sermo est, sed de Christi vera & non erronea consecratione, adeoque ejus genuina communionem, qui purissimo perfectimoque beneficiorum suorum nidore tracturus sit non malitiosè feroces. Conf. Zehneri Adag. Cent. 1. p. 266. Sic & potius πναξις ὁμονοητικῆ, quam τοπικῆ intelligitur Matth. 18, 20. quam συμφορίαν vocat Christus vers. 19. quæ esse potest etiam inter distantissimos. Unde συνηγμένοι εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου esse possunt, quorum unus est in septentrione, alter in meridie, tertius in Oriente, quartus in Occidente. Atque ita quidem absolute considerata Christi sententia sese habet. In loco verò apud Matthæum & contextu etiam mutua conversatio in uno cœtu à Christo spectatur, in quo ad conciliationem fraternam consilia conferuntur, peccata verò vel remittuntur, vel retinentur. Sic etiam πναξις ἡ βασιλείαν τῆς γῆς καὶ τῆς δικαίμενης εἰς πόλεμον, Apoc. 16, 14. & πναξις τῶ γὼγ καὶ τῶ μαγὼγ εἰς πόλεμον, Apoc. 20, 8. ad mentem magis, quam ad locum pertinet. Nimirum intelligitur Antichristianarum invasionum, magnitudo, in quibus immani furore, ex omnibus partibus orbis, fiet conspiratio & expeditio contra Christum & sempiternam veritatem, non locali conjunctione semper, sed affectuum consociatione. Neq; enim Gog & Magog universas nationes Scythicas ad septentrionem habitantes, quas cum Rege suo adversus Ecclesiam bello petendam exciturus & producturus erit Antichristus & in unum congregaturus,

turus, designat revelationum abstrusarum dictator, uti placet  
 Blasio Viega, Ribera, Cornelio à Lap. & alijs h. l. Vide D. Hoe Comm. h. l.  
 & Dn. Dolingum in Antichr. τρυβολεσιν cap. 41. Sic & συναγωγη  
 (quod nomen ineptè Sylvester Prierias in summa, V. Ecclesia p. 298.  
 ait esse nomen Hebraicum. Synagoga, inquit, est nomen Hebraicum  
 & latine sonat congregatio) quamvis tum locum conventus. tum  
 actum congregationis in unum locum ut plurimum designet,  
 adeò ut etiam ad N. T. cœtus congregationesque sacras referatur,  
 (quod malè negat Bellarminus lib. 3. Eccl. militantis cap. 1. contra  
 Iac. 2, 2. Hebr. 10, 25. &c. quem & perstringit confutatque D. Ger-  
 hardus Tom. V. L. C. de Eccl. §. 5. p. 562. Augustinus verò in Psal 81.  
 cum Synagogam ait propriè ad Judæos pertinere, non de stylo  
 sacrarum literarum, sed vulgari & humana consuetudine intro-  
 ducto loquitur) tamen etiam conjunctionem consiliorum &  
 confederationem affectuum institutorumque duntaxat denotat.  
 Sic est Apoc. 2, 9. συναγωγη τῆς σαλαῶ, non quæ certo loco congreg-  
 gabatur, sed quæ passim in calumnias blasphemiasque contra Ec-  
 clesiam erumpit furitque. Talis συναγωγη h. l. intelligitur; neque  
 enim loco synedriog; congregabantur Herodes & Ponti<sup>9</sup> Pilatus.  
 Interim judicijs forsan etiam parum consentientibus & ex diver-  
 sissimis principijs oriundis, & conatibus distinctissimè improbis  
 ad unū contendebant scopum. Syrus habet כנס את כנשו & כנש  
 et si etiam congregationem τῶν κινδῶν designat ut plurimum, unde  
 כנסת & כנישות & כנשה conventus, confessus, congregatio, Eccle-  
 sia, & בית הכנסה, quod Syris בית כנושתא domus congregationis,  
 locus, in quem conveniunt Iudæi orationis & legis audiendæ causa singulis  
 Sabbatis. Sunt & אנשי כנסת הגדולה Viri synagoge magna, de  
 quibus proluxè Joh. Buxtorfius Senior in Tiberiade, sive Commenta-  
 rio Masoretico cap. 10. Hoc tamen vocabulum & ab hac radice de-  
 ducta usurpat Syrus interpres quoque in illis locis, ubi de con-  
 ventione mentis, non loci, sermo est.

§. 4. II. *eventus.* Hoc actu evenit aliquid, quod dudum  
 in sinu prophetiarum V. T. delituit, & documento evidenti indi-  
 catum est. Id indicat כנסת, quod respicit ad vaticinium præce-  
 dentibus verbis propositum. In illis enim confessus Ecclesia  
 Apostolicæ post laudatum admirandum creationis opus ad Da-

C

vidis

3  
 11.  
 34  
 2  
 2  
 2  
 38  
 24  
 39  
 42  
 50  
 48  
 49  
 44  
 48  
 44  
 47  
 46

vidis vaticinium delabitur, & ex Apostolicorum periculorum  
insperata vi illitudine prælucescente Sancti Spiritus lumine in-  
telligit, illius complementum apparere, & illos fremitus, illa  
meditamenta vanissima contra Deum & Christum in actum  
procedere. De *Psalmo* 2. ex cuius 1. versiculo loquitur confessus  
Ecclesie Apostolicæ, quomodo à Rabbinijs ad Davidem in solidi-  
um, à Zuinglianis & Pontificijs ad Davidem ut typum, ad Chri-  
stum ut antitypum referatur, & cur ad Messiam in solidum sit re-  
ferendus, egimus in *Pentadecadis disput.* 2. Rabbi David Kimchi in  
Comm. h. l. fatetur, veteres Judæos ad Messiam retulisse: *Sunt,*  
*inquit, qui hunc Psalmum exponunt de Gog & Magog & de Rege Messia,*  
*quemadmodum interpretati sunt לברכה רבנותינו צכרונם לברכה Rabbini nostri*  
*piæ memoria* Ipse omnia ad Davidem refert. Subijcit tamen: *Ex-*  
*istis duabus expositionibus, utram volueris sequi, sive de Davide, sive de*  
*Messia, presentem Psalmum accipias.* Videamus, quomodo evertat  
argumenta pro persona alia, quam Davidis in hoc Psalmo intel-  
ligenda militantia. *Primum* est à manifesta distinctione personarum:  
Propheta scil. Davidis tum interrogantis v. 1. & 2. tum commi-  
nantis v. 4. 5. & ipsius Jehovæ ejusque Christi, v. 2. quorum ille  
sc. Jehova Pater v. 6. loquitur de inthronisatione filij & Regis sui.  
Hic sc. Christus filius loquitur de decreto divino, in quo & com-  
pellatus fuerit velut unigenitus filius Dei v. 7. & invitatus ut pe-  
tendo in exinanitione obtineat exaltationem super omnia v. 8. 9.  
Ubi redit ad sermonem suum Propheta & Reges proceresque  
orbis tum ad cultum Domini, tum ad osculum complexumque  
fiduciale filij excitat, v. 10. 11. 12. Alius est itaque Jehova Chri-  
stusque commendatus, alius Propheta commendans. R. Kimchi  
ita hoc argumentum subvertit, cum textum totum ad Davidem  
detorquet: *Hunc, inquit, Psalmum, David in principio regni sui edi-*  
*dit, quando congregatae fuerunt contra eum gentes, juxta id quod dicitur*  
*2. Sam. 5. Et audiverunt Philistæi, quod unxissent David in Re-*  
*gem super Israel, & ascenderunt omnes Philistæi, ut quærent*  
*David. Atque hinc est, quod dicit. Quare tumultuantur gentes.*  
*Omnes enim Philistæi ascenderant. Et verbum רגש רגש Ragschu, con-*  
*gregationem & turbam multam designat, ut infra Ps. 46. à congrega-*  
*tione operantium iniquitatem. Unde & ubi apud Prophetam*  
*Ezechie-*

Ezechielem c. 30. dicitur. Et cessare faciam populum Ægypti, Pa-  
 raphrasis Chaldaica habet & dissipabo congregationem Ægypti.  
 Meditantur rem inanem] Cum enim procederent ad bellum, superbe  
 loquebantur de Israele, eò quod ante victoria positi essent in bello quod  
 gesserant cum Saule & filius ejus, quo clades magna facta erat in po-  
 pulo. Et à mortuo Saule usque in presentem diem non fuit Rex in Israele.  
 Ideo dicit vana esse omnia verba eorum. Statuunt se Reges terræ;  
 Insurrexerunt enim omnes principes Philistaorum unanimi consensu atq;  
 consilio ad præliandū contra David. Vocat autē eos reges & principes, tam-  
 etsi in nullo loco videamus eos aliter vocari, quam Satrapas Philistaorum,  
 eò quod ipsi ex arrogantia se ipsos tanquam Reges & Principes reputabant.  
 Vel si forte sic eos vocavit, quod convenerint cum eis & alii Reges gentium.  
 Simul ineunt consilium] Consultant omnes simul. Dicitur autem  
 consilium יסודי fundamentum, eò quod consilium id sit operi, quod est  
 fundamentum adificio. Contra Dominum & contra Christum ejus]  
 Sciebant enim quod ex præcepto Domini rex factus esset David, & quod  
 Samuel Propheta Domini unxisset eum in Regem. Dirumpamus vin-  
 cula eorum] Hoc ipsum dicebant Philistæi. Dirumpamus vincula ejus.  
 & colligationes Israel, quibus conspiraverunt simul & consenserunt, ut  
 constituerent David in Regem. Septem enim anni effluxerant, in quibus  
 non convenit universus Israel pro eligendo Rege. Nunc verò cum omnes  
 unanimiter conspiravissent, ut David in Regem crearent, ob id dixerunt  
 Philistæi, dirumpamus vincula eorum. Et projiciamus à nobis  
 funes eorum,] Eandem rem bis dixit, at diversis dictionibus. Sic enim  
 mos est lingue sanctæ. Sunt autem מוסרות & כבית funes robustio-  
 res, per quos parabolicè intelligitur forte consilium & consensus. Resp. 1.  
 Qui ex Rabbini per Christum Messiam magnum intelligunt,  
 quos innuit R. Kimchi, illi omnino Prophetam interrogantem,  
 increpantem, comminantem & commonentem à Messia diver-  
 sum faciunt. Hactenus igitur Kimchi contra antiquissimos  
 Magistros suos asseverat. 2. Etiam si exempla sint in promptu,  
 ubi Propheta de se etiam in tertia persona loquitur, ubi tamen  
 Prophetæ objectum aliquod ostendunt, circa quod commen-  
 dabile, venerabile, adorabile faciendum occupati sunt, ordina-  
 riè tertium quoddam à se distinctum intelligunt. 3. David  
 Rex nullo indicio prodit, quod de tumultibus & meditationibus

adversus se concitatis loquatur, quod aliàs non facillè prætermittere solet. 4 A Davidica humilitate alienum est, se Deo conjugere, se tanquam filium Dei commendare alijs. 5. Manifestè falsum dicit Kimchi cum ait, septem annos fuisse præterlapsos, in quibus non convenerit Israel ad eligendum Regem. Nam post obitum Saulis domus Judæ illicò in Hebron unxit David in Regem. Reliquæ tribus auspicio Abneris Isbosethum filium Saulis elegerunt, qui & per biennium regnavit, 2. Sam 2, 10. antequam ferali pugna pro regno congressi essent magni belli duces Joab & Abner, v. 12. *Alterum argumentum est ab hostium descriptione.* Ea talis est, ut omninò amplius quiddam & universalius indicet, quam quod Philistæorum, aut vicinarum gentium multitudine expleri possit. Tumultuantur gentes, nationes meditantur inane, insurgunt Reges terræ, proceres judicesque populorum insolescunt. Quanto verisimilius est, Prophetico Spiritu ad universitatem gentium contra Evangelium & Evangelij Solem Christum tumultum & persecutionem excitaturam respexisse, quam ad pauculas illas gentes, quas in ambitu suo terra Israel attigerat? De illis sanè plenius dicitur, quod sint gentes, nationes, Reges terræ proceresque. Kimchi ipse excusat, quod scriptura Philistæos Davidis adversariis reges non tribuat.

De filiatio-  
ne divina.

§. 5. *Tertium argumentum est, à Regis huius divina generatione & summa ineffabilique filiatione*, de qua copiosè loco adducto actum est. Inauguratio regia & collocatio in thronum sublimem stilo scripturæ non dicitur generatio. Et si diceretur, non tamen hoc loco à proprio & nativo significato vocabuli nobis recedere liceret, quia & absolute ponitur, & bis vocabulum filium designans repetitur. Sed & distinguitur collocatio in thronum regalem ipsius Messia, à generatione. Illa v. 6. continetur & verbo נִסְתָּי exprimitur, quod & de se enunciat Sapia Prover. 8, 23. Chaldaeus habet מְנִיתָהּ inauroravi, LXX. ἐθεμελίωσα, notatque potius Ordinationem, destinationem, & decretum, quam illum unctionis actum, à quo Salvator noster Messia nomen gerit. Unde sunt dicti נְסִיכִים Principes, præfecti, Toparchæ, Ios. 13, 21. Psal 83, 12. R. D. Kimchi ita interpretatur v. 6. & 7. Ego autem constitui Regem meum ] *Quomodo cogitant ipsi, ut extirpent*

regnum

signum de domo David, cum ego tamen unxerim eum & constituerim  
 eum in Regem. Atqui dictio נסכתי principatum significat & magni-  
 ficentiam, sicut accipitur Iehof. 13. & Dan. 11. Regem meum ] Vult  
 dicere, Regem qui meus est, quoniam ego feci eum regnare, secundum il-  
 lud, quod dicitur 1. Sam. 16. quoniam providi mihi in filiis eius regem, ubi  
 וי id est mihi, emphasin habet, q. d. qui sc. colat me, atque hanc vim ha-  
 bet in presentiarum, quod dicit מלכי regem meum. Est & ubi con-  
 trarium sensum habet, h. e. ubi David Deum regem suum vocat, at Ps. 74.  
 Deus enim Rex meus est ab antiquo, ubi מלכי rex meus perinde  
 valet, ac si diceret וימולך qui regnat super me. Et istiusmodi vim  
 habent litera serviles, quae constituunt affixa pronominalia, sicut patet in  
 istis locis Psal. 39. aufer à me plagam tuam, Psal. 38. E regione plagæ  
 meæ steterunt. Es. 19. Et lætificabo eos in domo orationis meæ.  
 Dicit autem super Zion sanctitatis meæ, eo quod non capta fuit arx  
 Zion, donec venit David. Vnde vocata est Zion & Jerusalem civitas Da-  
 vid, & postquam ea capta fuit, tum demum congregati fuerunt Philistæi.  
 Narrabo velut decretum ] Ita loquitur David de seipso dicens, Ponam  
 mihi in præceptum & consuetudinem, ad narrandum sc. quod Dominus  
 dixit ad me. Filius meus es tu, ab eo enim mihi obvenit regnum: unde non  
 est, ut contendat ullus homo, cum Dominus susceperit me sibi in filium, sicut  
 dixit ad Samuelem 1. c. 16. quoniam providi in filiis eius mihi Re-  
 gem, q. d. Rex iste meus est, & filius meus & servus meus, qui mihi ob-  
 temperat. Quicumque enim sic Deum audit, ut serviat ei, vocatur filius  
 ejus, sicut filius, qui audit Patrem & paratus est illi servire, atque hoc sen-  
 su dictum est illud Deut. 14. Filij estis Domini Dei vestri; item 2.  
 Sam. 7. Ego ero ei in Patrem & ipse erit mihi in filium. Item  
 filij Dei viventis, Hof. 10. Ego hodie genui te ] *Intelligit diem,*  
*quo unctus fuit in Regem.* Resp. 1. Rex constitutus in montem  
 sanctum Zion loquitur quidem de seipso, sed Rex iste non est  
 ipse David hoc loco. Ipse enim loquitur de isto Rege, tanquam  
 sublimiori & cum Jehova intimè conjuncto. 2. Unctio nuf-  
 piam vocatur in sacris literis generatio: unctio inquam ad offi-  
 cium Hierarchicum & donorum ministrantium elargitione  
 constans. Unctio spiritualis ipsa ab ipsa generatione spirituali  
 seu παλιγγενεσία etiam distingui videtur, tanquam quæ ad reno-  
 vationem pertinet, Ezech. 16. 9. Conf. Tit. 3. 5. locum planè pa-  
 ralle-

allelum, & 1. Joh. 2, 20. 27. 3. Quod magistratus & Reges Filij Dei dicuntur, non fit hoc sensu, qui h. l. attenditur. Non inquam generādo, sed ad actus majestatis edendos mittendo. Unde Ps. 82, 5. כמלאכי אלהים אתה חשבוני ורוח אלהים אלהיך כמלאכי אלהים. *Veluti angeli vos estis reputati & tanquam angeli excelsi.* Peculiare est in Salomone, qui futura & fulsura in magno Messia majestatis imaginem debebat exhibere, quod prophetico Spiritu ipse David intellexit & detexit 2. Sam. 7, 19. Debebat itaque peculiari aliqua ratione nomen Filij Dei portare, qua nulli Regum communicatum fuit. Sed pergit R. D. Kimchi contra Jesum Dei filium hunc locum corrumpere. *Si dixerit ad te Christianus, inquit, Christum esse filium Dei (sc. generatione propria) Responde, quod non conveniat dicere, Equus iste est filius Raben. Et si dixerit, eum ad quem Deus dicat, Filius meus es tu, necessario consequi, esse de substantia ejus, atque similem illi in divinitate; & amplius si inde divinitatem Christi probaverit, quod dixit Deus, ego genui te, quandoquidem genitus sit de substantia gignentis; Responde ei in hunc modum: non competere divinitati paternitatem & filiationem, cum ea sc. sit inseparabilis, neque dividi possit, cum non sit corpus, sed unum esse (Deum,) omni modo unitatis, cui nihil accedat, neque decedat, neque sub divisionem cadat. Et iterum responde eis, quod ad rationem patris & filii attinet, pater utique filium antecedit tempore, & virtute Patris existit Filius. Et licet alter sine altero esse non possit, quod ad appellationem nominum attinet, (non enim vocatur pater, donec ei fuerit filius, neque filius vocatur, nisi fuerit ei Pater) nihilominus tamen iste, qui vocatur Pater, cum fuerit ei filius, antecedit utique eum tempore, & virtute Patris existit filius. Unde porro eis responde: Deus ille, quem vos dicitis & appellatis Patrem, Filium & Spiritum S. pars inquam illa, quam Patrem vocatis, antecedit alteram partem, quam filium nominatis. quod si ambo eodem simul tempore existissent, potius fratres aut gemelli appellandi erant, & non pater, & filius, neque generans & genitus: nam qui gignit, prior est genito absque dubio. Quod si amplius objecerit, Filium Dei non convenire dici, nisi de re quapiam, qua participet substantia divina, Responde iterum, quod nequamus de Deo loqui, nisi parabolicè, sicut fit in istis locutionibus, quibus illi os, oculi & aures attribuuntur, ut cum dicunt os Domini, oculi Domini, aures Domini, & si qua sunt similes locutiones, quas manifestum est non posse*

posse de Deo dici, nisi per parabolam. Sic quoque parabolica locutio est,  
 cum dicitur filius Dei, filii Dei, qui enim facit praecepta eius, & munus sibi  
 ab eo delegatum exequitur, hunc vocat Deus filium suum, quemadmodum  
 recte filius dici solet, qui iussa Patris facit. Hinc est, quod scriptura & stel-  
 las filios Dei vocat, ut Iob. 38. Cum congratularentur pariter stellae  
 matutinae & jubilarent cuncti filii Dei. Simili modo & hominem  
 propter spiritum illum caelestem, cuius instinctu facit praecepta Dei me-  
 diante anima intellectuali, quae ad hoc ipsum instruit, vocat Deus filium  
 suum, atque hac de causa Davidi dicitur, Filius meus es tu, ego hodie  
 genui te, quo sensu & illa dicta sunt, Ex. 4. Filius meus primogeni-  
 tus Israel, Deut. 14. Filii vos estis Domini Dei vestri, Deut. 32.  
 Nunquid ipse est pater tuus, qui possedit te? 2. Sam. 7. Ego ero  
 ei in patrem & ipse erit mihi in filium. Haec Kimchi: Resp. r.  
 De Kimchio dicere fas est, Equus filius Ruben. Aut quod Christus  
 Iob. 8. 44 de Judaeis dixit, Vos ex patre Diabolo estis. 2. Generatio  
 & spiratio in divinis non sunt per divisionem & separationem,  
 qualis est corporearum rerum per generationem multiplicatio.  
 Et summa unitas & perfectissima Trinitas juxta creditur. Et ita  
 crediderunt Judaei, quantum liquet ex historia Evangelica, ubi  
 nunquam in disputationem deductum, an sit filius DEI? Sed  
 suppositum, & esse unum summum perfectissimumque Dei Fil-  
 lium, & eum esse aequalem Deo, unumque cum Patre. Tantum  
 quarebatur, an Jesus Nazarenus sit filius Dei? Itaque ad genera-  
 tionem in divinis non existimabatur pertinere separatio & divi-  
 sio. Docuit id autor expositionis fidei de recta Confessione in-  
 ter opera Justini Martyris p. 298. ἔτα νοῦμεν τὸν υἱὸν ἐν πατρὸς γεν-  
 νήσῃ ὡς φῶς ἐκ φωτὸς ἐκλάμψαν. ἰκανὴ γὰρ ἡ εἰκὼν παρασῆσαι, τότε συ-  
 ναίδιον, τότε τῆς ἑστίας ταύτων, τότε τῆσ γεννήσεως ἀπαθὲς, ἢ γὰρ ἐξελάμ-  
 φθη, τῷ ἐκλάμψαντι ἀχρόνος συνυπέστη. Ἰνὶ γὰρ φωτὸς ἐκλαμψίς χροῦν  
 μέσῳ διακόπτοις, ἢ δὲ φῶς ἐκ φωτὸς, τὸν λόγον ἔ φωτὸς δηλώσειεν,  
 ἀφ' ἧ καὶ γεννήσῃ. ἢ δὲ πάλιν φῶς καὶ τὸ γενόμενον, ἀπαθὲς ἢ γέννησις ἀν-  
 ἔτη. ἢ γὰρ κατὰ τομὴν, ἢ ῥέυσιν, ἢ διόσασιν τὸ φωτὸς ἢ ἐκλαμψίς γίνεσθαι,  
 ἀλλ' ἐν τῆς ἑστίας αὐτῆς ἀπαθὲς περιέρχεσθαι, τῷ αὐτὴν δὲ γινώσκιν καὶ ἀεὶ  
 ἔ ἀγία πνεύματι κατέχομεν, ὅπ ὡσπερ ὁ υἱὸς ἐκ τῆ πατρὸς, ἔτα καὶ τὸ  
 πνεῦμα, πλὴν γὰρ δὴ τῷ ἱερέπῳ τῆς ὑπάρξεως διοίσις. ὁ γὰρ φῶς ἐκ φωτὸς  
 γεννήσῃ ἐξελάμψε. τὰ δὲ, φῶς μὲν ἐκ φωτὸς καὶ αὐτὸς ὁ μὴν γεννητῶς  
 ἀλλ'.

3

31.

34

2

3

2

2

38.

24

39.

42. 50.

43. 44.

44. 48.

44.

46.

ἀλλ' ἐκ πορεύσεως, ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἕως ἀπαθείας, ἕως ἀπαθείας ἐκείθεν ἐκ πορεύσεως. ἕως ἐν τῇ τριτάτῃ τῶν μονάδων νοούμεν, καὶ ἐν τῇ μονάδῃ τῶν τριτάδων γνωρίζομεν. Sic filium ex Patre genitum esse intelligimus, veluti lumen de lumine relucens. Sufficit enim imago huiusmodi ad coeternitatem, & substantia unitatem sive identitatem, & nativitatis perfectionis omnis expertis rationem adstruendam. Nam quatenus reluxit, simul cum eo, unde reluxit, sine tempore existit: quoniam enim intermedio tempore luminis relucencia est interrupta? Quatenus autem lumen de lumine, luminis rationem declarat, a quo etiam genitum est: quatenus item lumen, eius quoque quod gignitur, generatio passioni minime subiecta est. Haudquaquam namque per sectionem, aut fluxum, aut interstitium luminis relucencia fit, sed est substantia ipsa prater perfectionem omnem progreditur. Eandem quoque notionem de Spiritu S. tenemus, nam sicuti filius ex patre, ita & Spiritus: excepto quod existentie modo differentia quadam intercedit. Ille siquidem lumen de lumine geniti modo reluxit; hic vero de lumine lumen & ipse, non geniti, sed procedentis modo progressus est. Ita nos cum Patre coeternum, ita substantia unum & eundem, ita inde extra perfectionem omnem procedentem, ita & in Trinitate unitatem & in unitate Trinitatem cognoscimus. ATHANASIUS de decret. Synodi Nicænae pag. 409. ἕως ἄλλως ἐστὶν ἢ τῶν ἀνθρώπων γενεσις, καὶ ἄλλως ἐστὶν ὁ υἱὸς ἐκ τοῦ πατρὸς. τῶν μὲν γὰρ ἀνθρώπων τὰ γεννήματα μέχρι πᾶς τῶν γεννῶντων εἰσὶ. ἐπεὶ καὶ ἀλλή τῶν σωμάτων ἢ φύσις ἐκ ἀπλῆς πτὸς ἐστὶν, ἀλλὰ βεβυσθὴ καὶ ἐκ μερῶν ἔχει τῶν σύνθεσιν. ἀπορρέουσι τε ἄνθρωποι γεννῶντες, καὶ πάλιν ἐπιρρέει τὰ ἐκ τῶν τρεῶν εἰς αὐτοὺς εἰσαγόμενα. δι' ἣν αἰτίαν καὶ πολλῶν κατὰ κρεῖον τέκνων γίνονται πατέρες οἱ ἄνθρωποι. ὁ δὲ θεὸς ἀμερῆς ὢν, ἀμερῆς ὡς δεῖ καὶ ἀπαθείας τὸ ὑπὸ πατρὸς, ἕτε γὰρ ἀπορροὴ τῶν ἀσωμάτων δεῖ, ἕτε ἐπιρροὴ τις εἰς αὐτὸν γίνεσθαι, ὡς ἐπ' ἀνθρώπων. Sic aliter se habet hominum generatio, aliter filius à Patre oritur. Etenim progenies hominum partes sunt quidam modo gignentium, quoniam natura ipsa corporum non est simplex, sed fluida & ex partibus composita: effluuntque cum generant homines, & vicissim cum aluntur, cibi in eo & potus influunt: quam ob causam multorum per tempora filiorum Patres sunt homines. Deus autem cum sit impartibilis, impartibiliter est & passionis expertus filii Pater. Nam & effluxio nulla est eius, quod est incorporeum, nec influxio in ipsum est, ut est in hominibus. Hæc Athanasius. Vide prolixè ista ex antiquitate colligentem Dionys.

Dionys. Petavium *Theol. dogmat. de Trinit. lib. 4. c. 8. n. 10. 11. 12. 13. &c.*  
 3. Filium aliquando improprie Deo attribui constat, *semper, falsum*  
 est. Hoc loco filiationem incomparabilem, eminentissimam,  
 perfectissimamque indicari, ex eo constat, quia ex eaneccessario  
 communicanda concluditur *hereditas omnium gentium*, quæ si-  
 ne possessione divina omnium, haberi nequit, ut infra constabit. 4.  
 Inter patrem & filium ordinem originis esse, certum rursus est. *An-*  
*tecessionem temporis* non requiri, inde liquet, quia utrumq; in æter-  
 nitate aimus esse, ubi ordo originis locum habere potest, tempus  
 locum non habet. Dicimus enim in Deitate nunquam non fuisse  
 Patrem, nunquam non fuisse Filium. ORIGENES lib. 1. *pe-*  
*riarch. cap. 2.* eousque progreditur, ut neque τῷ λόγῳ ἢ ὁμοίως  
 Patrem priorem esse Filio dicere voluerit. Nos, inquit, *semper*  
*Deum Patrem novimus unigeniti. Filij sui, ex ipso quidem nati, & quod*  
*est, ab ipso trahentis, sine ullo tamen initio, non solum eo, quod ali-*  
*quibus temporum spatij distingui potest, sed & sine illo, quod sola apud*  
*femetipsam mens intueri solet, & nudo ut ita dixerim intellectu atq; ani-*  
*mo conspiciari.* Quæ verba si sunt Origenis, nec à Ruffini lucerna,  
 ut conjicit Dionys. Petavius Jesuita *de Trinitate lib. 8. c. 9. § 17. pag.*  
 864. facile eundem à suspitione collusionis cum Arrianis vindic-  
 care poterunt. Et tamen magnum Ecclesiæ Alexandrinæ lumen  
 Athanasius *de decretis synodi Nicanae p. 425.* ait ex eodem Origene: Εἰ  
 ἐστὶν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ ἢ ἀόρατος ἀόρατος εἰκὼν. Εγὼ δὲ πολὺν χρόνον  
 ἔπι καὶ ὁμοίους τυγχάνων τῶν πατρῶν, ἐκ ἐστίν, ὅτε ἐκ ἡν. πότε γὰρ ὁ Θεὸς ὁ Χρῆς  
 Ἰωάννου φῶς λεγόμενον. ὁ Θεὸς γὰρ φῶς ἐστίν, ἀπαύλασμα ἐκ εἴχῃ τῆς  
 ἰδίας δόξης, ἵνα πολὺν χρόνον τις ἀχλὺ δῶ. ἢ ἢ πῶς περὶ τῶν ἐν ἡν. πότε  
 δε ἢ τῆς ἀρρήτου καὶ ἀκαλονομάτου καὶ ἀφθέρτου ἰσως ἀσεως τῆ πατρῶν εἰ-  
 κὼν, ὁ χαρακτῆρ λόγῳ, ὁ μύσων τὸν πατέρα, ἐκ ἡν: κατανοεῖτω γὰρ ὁ  
 πολὺν καὶ λέγων, ἡν πότε ὅτε ἐκ ἡν ὁ ὕδρ, ὅτι ἐρεῖ καὶ τὸ. Ἐοία πότε  
 ἐκ ἡν, καὶ λόγῳ ἐκ ἡν, καὶ ζωὴ ἐκ ἡν. Si est imago Dei invisibilis, ipsa  
 quoque invisibilis: equidem audacter hoc etiam adjecerim, cum sit idem si-  
 militudo Patris, non fuisse aliquando, cum non esset. Quando nam enim  
 Deus, qui secundum Iohannem lumen dicitur; Deus enim lumen est; splen-  
 dorem propria gloriæ non habebat; ut audeat quispiam initium dare Fi-  
 lio, cum antea non esset? Ec quando verò illa hypostaseos Patris, quam nec  
 effari, neque nominare, neque verbis eloqui possumus, imago, character  
 D ille

3  
 11  
 34  
 2  
 2  
 2  
 31  
 24  
 39  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46

ille verbum, Patrem cognoscens, non fuit? Animadvertat enim, si quis hoc dicere audeat, erat aliquando, quando non erat Filius; illud etiam se esse dicturum, Sapientia aliquando non erat, & verbum non erat, & vita non erat.

S. 6. Quartum argumentum ab uniuersali dominio super omnes gentes & possessione proprietaria finium orbis terrarum, de quo dicta disp. 2. Pentadec. §. 48. & seqq. prolixè actum est. Rabbi D. Kimchi contra ita vers. 8. ad Davidem Regem detorquet. Postula à me ] Ipse sc. Deus dixit ad me, postula à me & dabo gentes in hereditatem tibi, juxta illud, quod dixit ad eum 2. Sam. 7, 9. & exterminavi cunctos hostes tuos à facie tua, feciq; tibi nomen grande, juxta nomen magnorum, qui sunt in terra: 2. Sam. 8, 14. Fueruntque omnes de Edom serui David, v. 6. Factique sunt Syri serui David. & 1. Paral. 14, 17. Egressumque est nomen David ad omnes terras, & Dominus dedit pavorem ejus super omnes gentes. Hoc est, quod in presentiarum dicitur; Et dabo gentes in hereditatem tibi. & nota quod דַּבַּר & יָרַד vicinitatem habent in significatione. Dixit item ad me Dominus, inquit porro David, de omnibus gentibus, qua surgent contra me, Confringes eos in virga ferrea, כִּנְרֹתָם idem est, quod כִּנְרֹתָם id est, conteres eos, qua in significatione accipitur & in isto loco Hieremie cap. 15. Nunquid confringet ferrum, ferrum &c. Item confringet fortes &c. Similiter & כִּנְרֹתָם confractionem significat, sed talem, qua fit cum dispersione; cum enim quis conterit vas, disperguntur fragmenta ejus, atque ita accipitur Iud. 7. Confringentes lagenas. Et post idem Kimchi sic ex hoc textu contra nos insurgit. Iterum responde Christianis hunc in modum: Quomodo Filius à Deo Patre, de quo vos dicitis & asseritis, quod dixerit Pater ad Filium, postula à me, & dabo gentes in hereditatem tibi &c. aliquid postulabit? cum tamen sit aequalis cum illo Deus, paremque cum illo habeat potestatem in gentes & in fines terra. Et rursus interroga, Num ante hanc petitionem non etiam ipsius Filij gentes fuerint? quod si non fuerint, sequitur primum, angustam Dei fuisse potentiam, qua postea aucta fuerit, quod de Deo dicere non convenit. Quod si objecerit Christianus, respectu carnis hac dici, ad quam postquam divinitas illam acceperit, dixerit Deus, quod à se postulare debet, quodque velit ei dare gentes in hereditatem &c. respondeas, hoc non esse

esse verum; quandoquidem Christus secundum carnem non habuerit re-  
 gnum, neque ullum imperium in gentes. Et si dixerit intelligendum  
 hoc esse de fide ejus, quam receptura erant gentes, respondeas, mul-  
 tas esse gentes, tam de Iudæis, quam de Ismaelitis, quæ non recipiunt fidem  
 ejus. Ita R. Kimchi. Resp. I. nullo scripturæ testimonio Kim-  
 chius probat, Davidi vel promissam, vel datam possessionem  
 gentium & finium orbis terrarum. Neque enim vel unam orbis  
 partem excessit, vel exhausit Davidis regnum. Sic igitur Rabbini  
 urgendus. Is, quem Jehova postulare jubet, totius orbis terrarum  
 & omnium gentium possessionem obtinere debuit ex divina or-  
 dinatione, juxta æternum decretum Dei. Ita contextus Psalmi. At-  
 qui David nunquam totius orbis terrarum & omnium gentium  
 possessionem juxta æternum decretum Dei, ex divina donatio-  
 ne, obtinere debuit. Imò nullus purus homo unquam ad illud do-  
 minationis fastigium conscendere potest, ut super universi orbis  
 terrarum ambitum & extremitates, super omnes gentes, impe-  
 ret. Ergo neque S. David, neque quisquam purus homo est is,  
 qui à Jehova postulare jussus est. Quod locum 2. Sam. 7, 9. attinet,  
 non loquitur sanè ille de omnibus gentibus aut finibus orbis ter-  
 rarum, sed de finitimis gentibus, quæ populum Israeliticum per-  
 secutæ sunt. Neque Syri aut Edomæi complent fines orbis ter-  
 rarum, de quibus 2. Sam. 8. Sic cum 1. Paral. 14, 17. dicitur, quod  
 fama Davidis abierit בכל ארצות in omnes istas terras, & quod  
 Jehova metum incusserit על כל הגוים super omnes istas gen-  
 tes, neque fines orbis terrarum absolutè intelliguntur, sed illæ  
 terræ, in quas cursus victoriarum Davidicarum dimanare pote-  
 rat, illæque gentes, quæ Philistæis conterminæ percellabantur  
 tam repentina gentis nuper servæ & à Philistæis graviter pressæ  
 emersione & illustribus trophæis ab hostibus reportatis. Psal. 2.  
 verò גוים absolutè, non הגוים, & אפסי ארץ etiam abso-  
 lutè, non אפסי הארץ nominantur. Et ut intelligatur, orbis ter-  
 rarum imperia compellari, distributio facta est inter magistra-  
 tus, & aliqui dicuntur מלכים Reges aliqui אפסי ארץ Judices  
 terræ v. 10. Atq; huc spectant prophetarum majorum minorum-  
 que conciones, quæ Regum orbis terrarum à quatuor mundi-

3  
 34  
 2  
 2  
 2  
 24  
 38  
 39  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46

plāgis futurum confluxum, tanquam effectum donationis Jehovæ Psal. 2. explicata, annunciant. *Esa.* 49. 7. 23. *cap* 52. 15. 6. 60, 3. 10. 11. 16. &c. II. Filius petere jussus in decreto divino, omnino sub consideratione futuræ incarnationis intelligendus est: scilicet, ut ex Israelitis oriundus & omnibus gentibus regibusq; gentium intimandus, & propter stultam, ut videbitur, prædicationem propositionemque mysteriorum divinorum tumultuantes inanissimasque meditationes excitaturus *vers.* 1. 2. ungendus & præficiendus monti Zion sanctitatis Dei *v.* 3. 4. 5. 6. adeoque post generationem, non per eam, rex futurus & in possessionem gentium finiumque terræ perventurus *v.* 7. 8. 9. Itaque quæ æqualis Deo Patri semper Dominus, semper sedens in cælis, semper Jehova, semper Rex Sionis, semper Rex gentium finiumque terrarum orbis est; neque potentæ infinitæ divinæque vel imminutionem vel auctorem passus est. III. Falsum est, Christum Jesum secundum humanitatem non habere regnum atque imperium. Licet enim mundano more splendoreque nullum habeat, neque habuerit, in statu exinanitionis, nihilominus tamen in exaltationis statu divino more atque splendore habet universale imperium. Idque juxta definitionem Davidicam. Est enim regnum cum Jehova Christi indivisum; quod etiam conjunctim utrumque gentium odiis atque tumultibus objicit, *v.* 1. 2. 3. Lora funesque Jehovæ & Christi indistractè cohærere, & dirumpenda dicuntur *v.* 3. Est regnum in omnes fines orbis terrarum, *v.* 8. quod nequit esse humanum, & finitis facultatibus gubernari, sed infinitam & interminabilem potentiam requirit. Est regnum, cujus solium in seculum & sempiternum *Psal.* 45. 7. Cujus Rex unctus Deus, *v.* 8. qui constituit Principes in universa terra, *v.* 17. cujus majestatis duratio paria cum luna soleque factura est, *Psal.* 72. 7. 17. qui rex sacerdosque conjunctim futurus est in æternum, & post superatos servitutis atrocissimæ labores, inter quos de torrente in via bibiturus est; perpetuo caput exaltaturus, sessurus ad dextram Dei, dominaturus in medio inimicorum, & numerosam se colentium familiam habiturus, *Pf.* 110. 1. 2. 3. 4. 7. Tale regnum stante templo secundo, elapsis fere septimanis Danielis, circa autonomiam Judæorum ferè evanidam,

ante

ante universalem everfionem reip. & fynagogæ, ingredi debuit  
Rex ex Israele oriundus. Detur alius, qui id præstiterit, quam  
Jefus Nazarenus, qui illam sibi gloriam, tot documentis, tot præ-  
fidiis afferuit. IV. Licet multæ gentes, & plurimi ex Judæis &  
Linaelitis regnum Jefu Christi verâ fide non agnoverint, nihilo-  
minus ille eorum Rex est. Quia verus Meffias etiam dominaturus  
est in medio inimicorum, eosque in scabellum pedum suo-  
rum ufurpaturus, *Pfal. 110, 1. 2.* Deque Judæis clariffimè prædi-  
ctum est, eos Meffia regnum aspernaturus, quod ad Rom. 9. & 10.  
fusè probat S. Paulus.

§. 7. *Quintum argumentum est ab adoratione imperata cum  
Jehova huic filio tribuenda, de qua vers. 12. Neque enim duntaxat  
osculum reverentiæ & timoris eidem tribuendum præcipitur, sed  
etiam recipientes se ad eum, inq; eum fiduciam collocantes, beati  
prædicantur. De quo actum est Pentad. disp. 2. § 52. 53. R. D. Kim-  
chi osculamini quidem ad filium in Psal. 2. commendatiffimum  
refert, sed quod de fugienda ira pessundante, & de fiducia beati-  
ficante concipiendâ dicitur, ad Jehovam restringit. Sic enim  
ait: Osculamini filium.] Verbum *יְהוָה* eam habet significationem,  
quam & in isto loco *Genes. 45.* & osculatus est omnes fratres suos.  
Et *כִּי* idem valet, quod *כִּי* id est filius, sicut *Prov. 31.* Quid fili mi  
quid inquam fili uteri mei? vel potest deduci à *כִּי* quod mundum si-  
gnificat, ut accipitur infra *Psal. 73.* utique bonus est Deus Israeli, his  
qui mundo sunt corde. qua in significatione si hic accipitur, sensus e-  
rit: quid mihi vobiscum est? Sum enim mundo corde, neque est in me ul-  
la iniquitas, ut veniatis & pugnetis contra me, sed vestrum potius est, ex-  
osculari me & confiteri, quod ego sum factus Rex ex precepto Dei. Potest  
etiam exponi, ut electum significet, sicut accipitur in isto loco *1. Sam. 17.*  
Eligite vobis Virum, qui descendat ad me, quomodo & de Saule *2.*  
*Sam. 21.* dicitur, quod sit electus Domini. Ne forte irascatur.] Si non  
conversi fueritis subito à viis vestris malis, irascetur Dominus contra vos,  
quoniam exardescet propemodum ira ejus, id est, si vel paululum adhuc  
perstiteritis in impietate vestra, exardescet ira ejus contra vos. Beati  
omnes qui confidunt in eo.] Sicut ego sc. hodie beatus sum: quoniam  
speravi in eo & salvatus sum, vobis interim pereuntibus: quod si & vos in  
eo speraveritis, similiter dicetur de vobis, quod beati sitis. Resp. oscu-  
lami*

lum h. l. præceptum non est politici honoris, sed religiosi, quod loco dicto ostendimus. Respicit sanè intimam & sublimem filij osculandi cum Jehova *xxviii vers 2.* oppositum est inprimis consiliis non ad statum politicum, sed religiosum evertendum tendentibus, *v. 12.* spectat illud incomprehensibile dominium in fines orbis terrarum & omnes gentes *v. 8.* nascitur ex consideratione magnitudinis & sublimitatis regis, quam animadvertendam Psaltes commendat *v. 10.* Includit reverentiam & timorem cum cultu & exultatione conjunctum *vers. 11.* est actus, quo unà cum Rege uncto ipse Jehova ad beatitudinem consequendam recipitur fiducialiter *v. 12.* Sunt enim hæc duo conjuncta: osculamini filium, & confidenter recipite vos ad eum: ut & ista, ne irascatur & pereatis in via, ac beati omnes. Non habere iratum Deum vel filium ejus, consequens habet non perire in via, quod sequitur, feliciter appellere in patria & beatum esse. II. Irasci omninò est actus, qui à filio uncto Rege etiam timendus proponitur. *פניו יב* inquit Psaltes, sine ullo separationis ab osculando indicio. Q. d. Aut figite Regi filio osculum religiosi amoris, aut ille vobis insiget telum iræ vindicatricis. Sicut ira hostiliter molientium Regum & Principum terræ communiter adversus Jehovam & Christum insolecit, ita vicissim non tantum à Jehova, sed etiam à Christo ira pertimescenda est. Respicit sanè *פניו* istam contritionem & confractionem in virga ferrea, de qua *v. 9.* Cujus verò ira tanto cavenda est studio, in illam magna libertate mentis collocanda est fiducia, ab illo denique expectanda beatitudo: ut id connexio sententiarum requirit.

§. 8. Quamvis verò totus iste fremitus gentium Judæorumq; adversus Dominum & Jesum Christum isto quidem conventu ad interfectionem Messie collimante terminatus non sit, sed gravissimis etiam persecutionibus in seculis Ecclesie Christiane sequentibus sese prodiderit (quas persecutiones & ex persecutionibus nata supplicia crudelia quidem & inhumana fuisse, non tamen omninò iniqua, si humana ratione considerentur, censet Joh. à Wovern *in not. ad Minucij Felicis Octavium p. 125.* quia Christiani nova religione inducta veterem gentilismum seu fundamentum pacis publicæ & tranquillitatis vinculum convellebant: quia no-

*Burns*

Furni ceterus promiscui virorum & mulierum non sine suspitione factio-  
nis ab ipsis instituti: QVIA contra pravalidam superstitionem, dum u-  
nius Dei cultum suadebant, omnium aliorum auferebant: quia lucifuge  
erant & subtraherent se imperij negotiis, dum immortalia cogitabant,  
mortalium negligentes, a quibus omnino diversa Romanorum studia, qui  
cum in defendendis & propagandis imperij limitibus laborant, Chri-  
stiani abditi in tenebris, solliciti, ut conveniebat, aternitatis, incuriosi  
honorum & publica utilitatis, Deum colebant. Hinc quod gravissimo sup-  
plicio in Christianos severum, non tam crudelitatis, quam legum Roma-  
narum, quibus ita sancitum, fuerat. Malè autem censet Woverius,  
dum nullam equitatis suppliciorum causam, nisi opinionem de  
Christianis sinistram & haud difficulter vincibilem allegat )  
prodatq; adhuc; magnum tamen prophetiæ Davidicæ momen-  
tum in eo consummatum est, quod contra caput fremitus in-  
surrexerit.

§. 9. Neque verò, quia eventus hic indicatus est à Sapien-  
tissimo Rege, ad *Voluntatem Dei antecedenter decernentem* & *pra de-*  
*terminantem*, adeoq; ad *necessitatem causalem* pertinet: quod, post-  
quam hoc ipsum vaticinium expressisset, præclarè subjicit Justi-  
nus Martyr *apologia II. pro Christianis*; ὁπίως ὁ μὴ τινες ἐν τῷ περὶ  
λεγεμένων ὑφ' ἡμῶν δοξάσωσι καθ' εἰμαρμένους ἀνάγκην φάσκειν ἡμᾶς τὰ χ-  
νόμενα γίνεσθαι ἐκ τῆς περὶ πᾶν περὶ γεγραμμένα, καὶ τὸτο διαλύμεν. Ne ali-  
qui ex his, que protulimus, autument ex fati necessitate nos dicere fieri,  
que sicut, perinde atq; quod prædicta sint, constituta quoq; atq; decreta ha-  
beantur, id & refellemus. Postea variis rationibus instituta refuta-  
tione, ita concludit: ὅτι οὐ φαμὲν πεπερησμένους τὰ μέλλοντα γίνεσθαι, ἢ  
ἢ τῶν εἰμαρμένους ἀνάγκην περὶ πᾶν λέγομεν, ἀλλὰ περὶ ὧσδε ἢ Θεῶν ὄντων  
ἢ μελλόντων ὑπὸ πάντων ἀνθρώπων περὶ χθίστου. Itaq; quod asserimus,  
que futura erant, vaticiniis Prophetarum prædicta esse, non per fati  
necessitatem fieri ea dicimus, sed Deum futurorum omnium hominum  
factorum præcium esse indicamus. Cui geminum est, quod contra  
Cajanos hæresi 38. Epiphanius scribit, postquam de prodicione  
Judæ & violentia hostium Christi disseruisset: καὶ τε γὰρ εἶπεν ἡ γε-  
νησθε τὰ χεῖρον μέλλοντα σαυρῶν καὶ διδούσθαι ἢ καὶ εἶπεν ἡ θεῶν γενησθαι τὰ ἐπὶ  
ἐχάτω τῶν ἡμερῶν δι' ἡμῶν ὀπιτέλεμα ἀτοπήματα, ἢ πάντων ἔνεσι ἀν' ἡ-  
μῶν τῶν τὰ σαυροῦμα περὶ πᾶν ἀπολογία, τὴν τῆς γενησθαι μαρτυρίαν  
περὶ τῶν

προσφέρων, προσεπιζήσεις ταῦτα ἑσθλα. ἐγὼ ὅτι εἶπεν ἡ γραφή, ποιήματι  
 ἀλλ' ὅτι ἐμέλλομεν ποιεῖν, προσεῖπεν ἡ γραφή, δὲ πῶς ἔθεῖ προσήκον, καὶ  
 ἵνα Θεὸς ἀγαθὸς παρὰ τὸν ὀπίσθιον δὲ πῶς ὄργην καὶ τῆς ἀμαρτανότου  
 μὴ ὑποληφθῆ παρὰ τὸ συνεχόμενον. ἡ γὰρ καθέκαστον τῆς ἀμαρτανότου  
 Θεὸς ὄργη, ἐκ ἐπὶ πάθος ὀργῆς. Ἀπαθὲς γὰρ τὸ θεῖον. προσφέρει ὅτι πῶς ὄρ-  
 γην καὶ ἀνθρώπων, ἐπὶ πάθος ληφθὲν ἀναγκασίας, ἐδὲ ὄργη ἡ πηθὲν κα-  
 τὰ μέτρον. δείκνυσιν γὰρ τὸ ἀπαθὲς ὁ Θεὸς, παρὰ τὸν πῶς ἐσμέντω κείσιν,  
 καὶ πῶς δικαίαν τιμωρίαν γινόμεντω, ἵνα τὸ ἀπαθὲς Ἰερώνη τῆς θεότητος.  
 Προσεῖπε τοίνυν ἡ γραφή καὶ προσήκον πρὸς ασφαλιζομένη καὶ διδασκασίαν, ἵνα  
 μὴ εἰς ὄργην ἀνέκαστον Θεῖν, πῶς ἐπὶ πάθος δευδοῖσιν, ἡ δὲ συμβαίνουσαν ἐπὶ  
 ἡπίης, ἀλλὰ δικαιοσύνη πῶς ἀμαρτανίαν ἐκτελέσιν ἀνθρώποις προσελομαδεῖσιν  
 καὶ μὴ μελαγχολῶσιν ἐξ ἀληθείας. ἔτω καὶ ὅτι τὸ σαυρῶν, ἐχ' ὅτι εἶπεν ἡ δία  
 γραφή, ἐσαυρῶσιν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ παρὰ τὸν Ἰούδας τὸ σὴννα, ἀλλ' ὅτι ἐ-  
 μελλε προσεδοῖσιν Ἰούδας καὶ Ἰουδαῖοι σαυρῶν, τῶς ἐνεκα προσεῖπεν ἡ δία  
 γραφή ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ Ευαγγελίῳ &c. *Nam  
 tamen si dicat scriptura, Christum voluisse cruci tradi, aut etiam si dicat  
 divina scriptura, absurditates in extremis diebus per nos perficiendas, non  
 tamen omnino aliquis ex nobis, qui iniqua facimus, excusationem inve-  
 nerit, scriptura testimonium producens, vaticinantis haec futura esse.  
 Non enim quia dixit scriptura, facimus, sed quia facturi eramus, scri-  
 ptura praedixit propter Dei praevisionem, & ut Deus, qui bonus est, iram  
 autem contra peccantes infert, non suspectus fiat, velut qui affectui obnoxius  
 sit. Ira enim Dei adversus singulos peccantes non ab affectu proficiscitur.  
 Affectus enim expertus est numen. Infert autem iram contra hominem non  
 affectu indignationis correptum, neque ira superatum. Owendit autem  
 affectus exortem se Deus, praevaticinatus futurum iudicium ac iustum  
 supplicium fore, quo Deitatem affectus exortem ostendat. Praedixit itaque  
 scriptura iuxta praecognitionem nos praemunens ac docens, ut ne incida-  
 mus in iram Dei immedicabilem, non ex affectu decretam, neque ex eo,  
 quod affectibus superatus sit, contingentem, sed hominibus peccatum fa-  
 cientibus iustissime preparatam, & his qui non agunt poenitentiam ex-  
 veritate. Sic etiam de cruce, non quia praedixit divina scriptura, Iudaei cru-  
 cifixerunt, & Iudas prodidit Salvatorem, sed quia traditurus erat Iudas,  
 & Iudaei crucifixuri, ea de causa scriptura praedixit in V. Test. & Dominus  
 in Evangelio. Haec Epiphanius.*

§. 10. Hinc assertio Ecclesiae Apostolicae momentosa &

πληρ-

πληροφειας plenissima ἐπ' ἀληθείας non ad antecedentis divini de-  
 creti fontem, neque ad prædeterminantis divinæ voluntatis in-  
 fallibilitatem spectat, sed ad admirabilem divinæ providentiæ  
 sapientiam, qua id, quod omniscius divinus oculus infallibili  
 introspicit omniscientiæ radio, tanto successu apparuit, ut de  
 adversis contra Christum & Christianos motionibus stupor at-  
 que admiratio, de lætis verò prosperisque vicissitudinibus gau-  
 dium atque gratulatio exorta sit. Tertullianus cum c. 18. *adversus*  
*Praxeam* locum allegat, non repræsentat in sua translatione ver-  
 ba ἐπ' ἀληθείας, nisi quod vocabulum *Universi* ejus loco in textum  
 inserit: sed de bapt. c. 7. habet particulam *verè*. Vulgatus habet  
 etiam *verè*: quem sequitur Prosper, Leo M. & Maxentius. Hila-  
 rius & Augustinus habent, *in veritate*, sicut & Prosper *resp. ad Ge-*  
*nuen. excerpta* legit. Syrus habet שריראות *firmiter, certò, verè: à*  
*שרר* sive *שר* confirmavit, stabilivit, certò asseruit, certus fuit. In-  
 nuit ergò Ecclesia Apostolica: sicut *in veritate revelationis* & præ-  
 dictionis divinæ res adumbrata & delineata fuit, sicut sapientif-  
 simus David Messiana tempora depinxit, & in ill's persecutio-  
 num varietatem atque atrocitatem, semper ad persecutorum  
 confusionem tamen terminatam, præfiguravit, ita in *veritate*  
*facti* omnia repræsentata sunt.

§. II. III. *Locus.* ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. habent nonnulla 3. *Locus.*  
 Mscta græca & editiones aliquæ, de quibus §. I. Vulgatus Lati-  
 nus, Syrus interpres, Chryostomus, Tertullianus, Hilarius,  
 Augustinus, Prosper, Leo, Maxentius &c. consentiunt. Arabs,  
 ut reddit Junius, habet, *in provincia hac*. Omiserunt Mscta  
 græca aliquot: Arias Montanus, F. Vatablus, S. Castalio Pisca-  
 tor, Genevenses & alij, post Theophylactum & Oecumenium.  
 Unde D. Lutherus noster, omissionis temerariæ accusari ne-  
 quit. Aggravat conventus indignissimum & immanissimum  
 conatum, quod in sanctissima civitate Jerusalem institutus sit.  
 De ea actum à nobis Theol. Zach. part. I. disp. I. §. 22. & seq.  
 Debuit loci sanctitas, ex institutis sacrorum effulgens, ab omni  
 iniquitate pessimum quemque arcere. Sed non erubuit fax ho-  
 minum inquinare etiam locum Deo gratissimum. Neque intra  
 urbem constiterunt solum consilia & machinamenta impro-  
 bata,

E

bata,

bata, ad ἐπαρχίαν provinciam etiam dimanarunt, imò ex provincia in urbem defluerunt. Unde maluit Arabs provinciam exprimere, quam urbem.

4.  
Conuenient.  
tes.

§. 12. IV. Conuenientes. Ηρώδης τε καὶ Πόντιος Πιλάτος  
τῶν σὺν ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραήλ. Syrus omittit Pontius & λαὸς Ἰσραήλ  
synagogam Israel reddit. Arabs reddit Pilatus Pontius (Fr. Jun. h. l.  
Pilatus ex Pontia insula oriundus, quae Italia adiacet Terracinas versus  
in Tyrrheno mari: quamobrem proprium nomen Pilati praeponebat Arabs,  
gentile secundo loco posuit.) cum populo & cætu Israelis. Oecumenius  
h. l. per gentes & populos intelligit Judæos, qui vel erant incolae  
Hierosolymorum & cives, vel ex variis nationibus tum ibi con-  
gregati & in eversioem regni à Jesu cæpti conspirantes. Au-  
gustinus etiam ad solos Judæos restringit uti & Prosper & Leo  
M. Hilarius Gentes à Judæis & populo Israel distinguit. Et res  
ipsa docet, conuenisse Gentes & Judæos ad interfectionem Do-  
mini Jesu decernendam efficiendamq; Persona I. ab Ecclesia  
Apostolica nominata est HERODES. Nomen sæpe recurrit in S-  
litteris. Sic appellatus, qui Johanne & Christo nato regnavit.  
Matth. 2. Luc. 1. Sic vocatus, qui Johannem iussit interficere.  
Matth. 14. Cum Christus pateretur, Herodes Rex fuit. Luc. 23. He-  
rodes Jacobum interemit. Petrum in vincula coniecit Act. 12.  
Diversa tamen personæ sunt, quod genealogia manifestat. Pri-  
mus ex Idumæa in Judaicos ritus & ipsius Alexandri Judæorum  
Regis atque Alexandræ conjugis gratiam perductus est Anti-  
pas. de quo Josephus ἀρχαιολ. 14. 2. Eum Rex ducem totius Idū-  
mææ constituit, ubi potentia opumque augendarum nactus est  
media. His comparatis Arabum, Gazæorum & Afcalonitarum  
coluit amicitias, quos multis sibi muneribus conciliavit. Natus  
ex hoc est Antipas, qui & Antipater, vir, ut Josephus loquitur,  
πολλῶν εὐπορῶν χρημάτων, δεσπότης τῶν φύσιν καὶ πασιμασίης, pecu-  
niosus, natura factiosus & industrius. Miscuit is se Aristobuli  
& Hyrcani fratrum inimicitias & adjunxit hujus partibus. Sic si-  
bi viam ad dominatum viamque filio ad regnum struxit, de quo  
Josephus lib. 14. c. 14. 15. 16. 17. & seq. Is est Herodes, quem ma-  
gnum vocant, sub quo Johannes Baptista & Dominus noster na-  
tus, trucidatique infantes. Non est igitur Herodes ἀμόφυλος  
aut.

ant *desonatus*, nisi avum spectes. Qui, cum devicti essent à Jo-  
 hanne Hyrcano longè ante Herodis nativitatem Idumæi & Ju-  
 daicos ritus admisissent Judæisque accenseri cœpissent, & ipse  
 non restitit, de quo Josephus XIII, 17. Hujus Herodis magni  
 Filij quatuor. I. Archelaus Tetrarcha Judæorum, per annos 7.  
 aut 8. sub quo Christus ab exilio rediit. *Matth.* 2, 22. II. Philip-  
 pus Tetrarcha Ituræ & Trachonitidis, *Luc.* 3, 1. & maritus He-  
 rodiadis suæ ex fratre neptis, de qua post. *Matth.* 14, 3. III. Hero-  
 des Antipas, Tetrarcha Galilææ *Luc.* 3, 1. raptor Herodiadis  
*Matth.* 14, 1. interfector Johannis Baptistæ, *ibid.* vulpes insidias  
 vitæ Christi struens, *Luc.* 13, 31. illufor Christi, *Luc.* 23, 11. cujus  
 procurator Chuza, *Luc.* 8, 3. cum quo educatus Manahen, *Actor.*  
 13, 1. ubi & distinctè *Tēpēdēsxus* appellatur, ad distinctionem He-  
 rodis Agrippæ, qui tum rerum potiebatur, de quo post. Et hic He-  
 rodes Tetrarcha etiam indigitatur ab Ecclesia Apostolica loco  
 nostro, tanquam cum Pontio Pilato contra Jesum conspirans.  
 IV. *Aristobolus patris jussu strangulatus*, cujus trina proles: I. *Hero-*  
*des Rex Chalcidis*, à Claudio Imp. fratris Agrippæ intercessione  
 regnum consecutus. II. *Agrippa Major*, totius aviti regni pos-  
 sessor per septennium, interfector Jacobi, Petrum in vin-  
 cula conjecit, & ab angelo percutitur, *Actor.* 12. ubi & Herodes  
 Rex, ad distinctionem Tetrarchæ nominatur, unde Syrus adjit,  
*is qui cognominatur Agrippa*. In huius prætorio Cæsareæ cu-  
 stoditur Paulus *Actor.* 23, 35. huic filius Agrippa minor per mul-  
 tos annos Rex, coram quo & sorore ejus Bernice causam dicit  
 Paulus *Actor.* 25, 13. 23. c. 26, 1. & seq. cujus & altera soror Drusilla  
 primum Emisenorum Regi circumfisionem admittenti nupsit,  
 post promissis inducta patria religione abjecta, Felici procu-  
 ratori copulata est *Ios.* XX, 5. *Act.* 24, 24. De his alij alibi plura.  
 Errant itaque, qui ad alium, quam ad Herodem Tetrarcham il-  
 lum consensum ad interfectionem Jesu cum Pilato referunt, &  
 Herodes confundunt.

§ 13. *Persona* II est PONTIUS PILATUS. Etiam Æ-  
 thiopicus metaphrastes nomen *Pilati* præponit, ut Arabs su-  
 pra à nobis commemoratus, & reddit ad *Matth.* 27. v. 2. Pilato  
 מלך ארומא Pontinzo, quem vocat

*De Pontio  
 Pilato Gra-  
 ria.*

E 2

tium,

rium de quo vide Lud. de Dieu in *append. ad Evang. Matth.* p. 513. tanquam Pontij nomen cognomen esset & originem denotaret; cum Pontij nomen plurimorum Romanorum fuisse in *Onomast. Rom. hist.* Glandorpius observaverit. De nomine verò Pilatus mirandum est, cur Kirstenius in *notis ad Arab. Paraphr. Matth.* p. 129. desudet, ut ab Arabica deducatur originatione; cum ipse profiteatur, vix Arabicum esse, & revera Arabicum non sit. Erat Pilatus jam provincia Judææ ἡγεμονδων anno XV. Tiberij, quo Johannes Baptista in publicam progressus lucem ad pœnitentiam vocavit populos; & eodem anno ad baptismum suum progressus cœlitusque commendato Magistro orbis Jesu viam paravit. Unde, quia anno XXII. menseque fere septimo decessit Tiberius, Pilatus autem per decennium provinciae præfuit, manifestum est; XII. aut currente XIII. Tiberij Pilatum præfectum fuisse. Josephus ἀρχαιολ. XIX. c. 4. sumto à Quirino initio, quem Syriæ suæ junxisse Judæam *cap. 1.* ait; post Coponium, M. Ambivium, Annum Rufum, Valerium Gratum; sextum Judææ præsidem facit. Lucas XIII, 1. de eo habet, quod Galilæorum sanguinem sacrificii eorundem miscuerit, quod non factum in Judæa Galilæi seu Gaulonitæ seditione; in qua Pilatus nondum provinciam rexit; sed Coponius. Joseph. ἀρχ. XIX. *cap. 1. & 3.* nec in motu Judæorum ob signa Cæsaris effigie conspicua Hierosolymis illata concitato: (Baronius *Tom. 1. Ann. a. Chr.* 28. ut Josephi fidem in dubium vocet; opponit Philonem Judæum, qui in *legatione ad Cajum* p. 799. ait fuisse: Ἐπιχρύσας ἀσπίδας μὴδὲ μορφῶν ἐχέσας, μήτε ἀλλότι ἐστὶ ἀπαγορευόμενων ἕξω τινὸς ὀπίσθεν ἀναγκάας, ἢ δύο ταῦτα ἐμὴν, τὸν τε ἀνάθηντα καὶ ὑπὲρ ἐπὶ ἀνάθης, auratos clypeos; nulla insignes imagine, nec quicquam veritum habentes; extra inscriptionem necessariam, quæ duo ista continebat; dedicantem, & eum, cui dedicabantur. Sed præterquam quod in ista ad Caium legatione Philo Rhetorem potius, quam historicum agat, & rem à se non visam aut cominus cognitam verbis exaggeret saepe ampullosis, quis credat; ἀσπίδας sine pictura non Hierosolymis fuisse cognitæ & visas antea; ut propter eas tumultus excitari potuerit? vide *Ios. Scalig. animadv. Euseb.* p. 2 18.) neque enim ibi cum Galilæis agebatur; nec inter sacri-

facia

ficia verfabantur Judæi, ut sanguinem humanum cum bestiis  
miscere potuerint. Nec est in Samaritanorum tumultu juxta  
Thirathabam factum: neque enim Galilæorum; sed Samarita-  
norum fuit ista collectio; nec uspiam Samaritani Galilæorum  
nomine veniunt: nec Samaritani hi templum suum Garizim at-  
tingere potuerunt, clivum montis præoccupante Pilato cum e-  
quitum turmis; aded ut ad sacrificandum progredi non potue-  
rint: & Samaritanorum ista tumultuatio facta est finiente Pilati  
officio, post Christi ad cælos reditum, ut res ipsa docet: quod  
contra Baronium, Maldonatam, Cornel. à Lap. & alios latè de-  
ducit Conzenius in *Lucam b. l.* Fuerit ergo factum particulare, hi-  
storix profanæ non annotatum, quo in Galilæos nonnullos sedi-  
tiosa agitantes fortassis ex veteri instinctu consilia, inter sacras  
operationes, Pilatus animadvertit paulo ante, quæ istud Christo  
referrebat. Cætera, quæ circa supplicium Jesu fecit aut admisit,  
historia Evangelica exponit. *An in lotionem manuum, quæ se purgare  
voluit, haut ex Romana consuetudine, aliove gentiliu ritu, sed potius  
ex ceremoniis Iudeorum egerit*, ut Baronius l. 1. *an. Chr.* 34. n. 89. lo-  
quitur & sentit; disputat Gretserus de *Cruce* 1, 14. prolatis contra  
Baronium evidentibus argumentis, nihil tamen pronunciat, sed,  
ut ait, *in medio rem relinquit, absterritus eorum autoritate, qui Pilatum  
in hoc ritu Iudeum, non Romanum fuisse affirmant.* Quid de actis Pila-  
ti habendum, disquirat Baronius *ad Ann. Chr.* 34. n. 228. 229. 230.  
Fuisse illa quondam, persuadet Tertullianus, cum *Apolog. cap. 21.*  
ait: *Ea omnia super Christo Pilatus, & ipse iam pro sua conscientia Chri-  
stianus Casari tum Tiberio nunciavit.* Confer *cap. 5.* & Justinii Marty-  
ris *Apolog. II. ad Antoninum pro Christianis* p. 59. & Eusebium *H. E. II. 2.*  
& Orosum *Hist. VII. 4.* ACTA aut epistolam Pilati indubitatè superesse,  
quicquid dicant Gregorius Turonicus, aut Hægesippus, ipse Ba-  
ronius asseuerare non audet, *Annal. lib. 1. an. Chr.* 34. n. 229. adde  
Causaub. *Exercit. 18. sect. 154.* *An Longinum Centurionem cum duobus  
militibus, quod Christum liberè confiterentur, capite truncaverit*, ut re-  
citat Metaphrastes *die 15. Martij*; non expedit Baronius, nisi sub  
conditione, si fidem adhibendam putamus actis Longini. Atqui  
quanta sit actis Longini habenda fides, ipsa testantur. *Multi cen-*

ferent, centurionem hunc fuisse Longinum, inquit Cornel. à Lapide ad v. 54. Matth. 27. cui Christi custodia à Pilato sit commissa, quique ex miraculis, qui in morte Christi contigerunt, agnoverit, Christum esse Filium Dei ejusque resurrectionis testis & præco extiterit, ideoque relicta militia secedens in Cappadociam ibiq; Deo vacans, à Judæis occisus Martyr occubuerit, cujus vitam scripsit Metaphrastes & ex eo Surius ad diem 15. Martij. Petrus de Natalibus in *Catalog. lib. 3. c. 201.* refert, Longinum, postquam in passione Christi, in primis quod sanguine Christi resperfus ab oculorum caligine liberatus fuerit, conversus esset & per viginti octo annos monasticam professus, deniq; ab Octaviano præfide excussis prius dentibus & sine loquelæ impedimento abscessa lingua decollatum fuisse. Sed Fl. Lucius Dexter in *Chron. ad annum Chr. 34.* illum centurionem non Longinum Pisaurum, sed C. Oppium Hispanum dictum ait. Plura vide apud D. Gerhard. Harm. *Pass. cap. 18. pag. 857. & seqq. & 874. Casaubon. exercit. 16. f. 124 Baron. Martyrol. 15. Mart.* Vix itaque Metaphraste acta & quæ de Pilati in Centurionem crudelitate habent, fidem habebunt. PILATUM de nece Christi à Maria Magdalena judicio Romæ postulatam, quod Nicephorus H. E. II, 10. & Cedrenus in *Comp.* ajunt, ipse Baronius A. 41. num. 20. & Lorinus Act. 4. h. l. ut commentitium refellunt. De Pilati interitu historia profana, nihil habet. Ecclesiastica nutat. Eusebius H. E. II, 5. sua manu sub Cajo eum periisse refert. Sequuntur Orosius VII, 5. Aurel. Cassiodorus in Christo sub Publicola & Nerva Coss. quem illustratum vide à Cuspiniano *Comm. h. l. Ado Viennens.* in *Chron.* Marianus Scotus p. 225. ex *Methodio*, qui etiam relegationem à Tiberio factam refert, in quo asseclam habet Martinum Polonum A. Chr. 38 Florentius Wigorniensis A. Chr. 42. Matthæus Westmonasteriensis ad ann. Chr. 33. qui tamen plurima fabulosa de Pilati ortu & rebus gestis coacervat. Abbas Urspergensis sub Cajo Caligula, & alij. Eusebius notanter inserit, κατέχθη λόγῳ, Christophori. reddit, ut fertur. Ruffinus: ut propria se manu transverberans, nefariam vitam vi abjecisse referatur. Et post: Ἰσοῦσιν ἐλολήγον οἱ τὰς Ὀλυμπιάδας ἅμα τοῖς χριστιανικοῖς χειρῶν περιεργμένοις ἀναγέ-  
λατες. Vetus interpres parum accommodatè. Sicut in *historiæ*  
Græcæ

Græcorum reperimus eorum duntaxat, qui Olympiadas scribunt, & an-  
nales rerum gestarum libros ad posteritatis memoriam condunt. Mirum  
est, si ita est, cur Eusebius neminem nominaverit.

§. 14. Ceterum quod Pilatus Jesum cruci addiderit, ait <sup>Pilati de</sup>  
& Josephus ἀρχαιολογ. XIX, 4. quod testimonium Ludovicus <sup>Jesu supplē-</sup>  
Cappellus Salmuriensis Prof. in histor. Iud. Comp. pag. 110. in du- <sup>cio mentio</sup>  
bium vocat. Hoc loco, inquit, sit apud Iosephum Iesu Christi Domini <sup>apud Iose-</sup>  
nostri mentio per honorificam, sed suspecta videntur, quæ istic de Christo <sup>phum an-</sup>  
dicuntur: nulla enim est eorum cum antecedentibus & consequentibus <sup>suppositi-</sup>  
connexio, ut omnino jure videatur ab aliquo Christiano eò loci insulta <sup>ta?</sup>  
ἀεὶ καὶ illa, falsa, Iosepho adscripta. Et sanè si Iosephus revera de Chri-  
sto ita sensisset & scripsisset, procul dubio nativitatis ejus memoriam non  
tacuisset suo loco, Magorum adventum non siluisset, neque eadem infan-  
tium Bethlemiticorum ab Herode factam, imò fufius & larius totam hi-  
storiam Christi enarrasset, cujus tamen alibi in tota illius historia ne ob-  
scurum quidem vestigium apparet, uti nec Christi discipulorum, quod  
non aliunde videtur profectum, quam ex odio in Christum & Chri-  
stianam religionem, cum ipse Judæus esset pertinax. Johan. Cloppen-  
burg. in epist. ad Cappellum p. 159. putat, fuisse illo loco à Iosepho  
factam Christi mentionem ejusmodi, quæ ἀναλόγως perfidia Iu-  
dæica blasphemiam habuerit connexionem cum sequenti historia, qua ma-  
gis ἀπεσδιβύστος est, ut jam quidem jacet, quam mentio Christi, ut vo-  
luerit Iosephus parallelismo Paulina, sua opinione à Deo, revera à Decis  
Mundo imprægnata aut stuprata, videre fidem Christianam de conceptio-  
ne Christi Iesu & nativitate ex virgine per operationem Spiritus sancti.  
Propter quam blasphemiam ira suspicatur à Christiano aliquo castiga-  
rum & castratum eo loco Iosephum, ut jam illa ἀεὶ καὶ sit ἀσπίδης.  
Sed perseverat in sententia sua Cappellus p. 168. & seqq. Ego  
puto, periculosum esse ita contra omnium Codicum fidem bo-  
nos autores suspectos facere. Connexio verò satis aperta vide-  
tur esse. Iosephus isto capite enarravit, quomodo Judæi ob re-  
pudiatas Cæsaris imaginis in summum discrimen primum ad-  
ducti fuerint, sed vicerint. Deinde quomodo ob aquæ ductum  
ex sacro ærario à Pilato destinatum insurrexerint, sed oppressi  
fuerint miserè. Rursus quomodo in eadem urbe Pilatum, antea  
durissimè agentem, in causa Jesu habuerint faventem & obse-  
cun-

cundantem. Sic Hierosolymæ statu exposito, de Romanis motibus agit. Et, si omninò aliquid in Josepho luxatum fuisse conjicere fas est, dici posset, deesse Epicrisin Josephi super nece Jesu factam: quod scilicet illam secuta illa turba, quæ ultimum denique excidium attulerunt Hierosolymis & universæ reipublicæ Judæorum. Reliquæ verò consequentiæ, quas Cappellus nectit, non solidæ videntur. Neque enim sequitur, historicum, qui incidenter & summatim historiæ aliquod caput ex illustris alicujus Viri vita tangit, obligari ad universam vitæ descriptionem. Nec diffiteri possumus, in nativitatibus Domini Jesu notitia admirabilem silentij famæque temperaturam juxta intervenisse, qua de actum est à nobis in *Admir. Christi dissertat. 3.* Neque vel nativitas, vel epiphania Magorum, vel cætera, in tanto populi confluxu conspectuque exhibita sunt, ut interfectio Jesu. Sed hæc de persona Pilati: qui in hoc juridico actu, considerandus est, ut se tunc Præsides provinciarum instruere solebant. Nimirum provinciarum Magistratus unum vel plures JCTos secum ducebant, quorum consilio secundum jura causas definiabant. Hi assessores & consiliarij vocabantur, quia judicanti assidebant & consulebant. Criminales verò causas audiebant quidem, sed non definiabant, verum præfectis decidendas relinquebant. Sententias tamen à præfecto ferendas dictabant. Quibus nec Pilatum destitutum fuisse, exiltimari potest. Vide Guidi Pancirolli *Comment. in Notit. dignitat. Orient. & Occident. cap. 7. pag. 5.* Delacu verò, qui in altissimo prope Lucernam monte, quem fractum appellant, conspicitur prodigiosus, & quotannis Pilatum judicis habitu exhibere dicitur, vide fabulam detegentem Joachimum Vadianum Sangallensem *Comment. in Pompon. Mela. de Situ orbis lib. 1. pag. 34.* Joh. Stumpfij *Chron. Helvet. lib. 7. cap. 5. fol. 649.* Et contra manifestam lectionem Vadiani peccat Petrus Mexia in variis suis lectionibus Hispanicis, lib. 2. cap. 13. cum fabulam illam de Pilato in lacu quotannis conspicuo Vadiani testimonio comprobat. Dissensit in interfectione Christi è domo Pilati Vxor. Matth. 27, 19. somnio monita non è dæmone immisso, contendente impedire sacrificium Christi, sicut post Bernardum serm. 1. de pasch. Rabanum, Lyranum, Dionys. Carth.

Carthusianum, Cajetanum, tradit Baronius Annal. Eccles. T. 1. an. Chr. 34. n. 82. nixus loco Ignatij ad Polycarpum, qui ibi non extat, neque in Perionij; neque in Vairlenij edd. sed divino, ut res ipsa loquitur, & docent Origenes, Hilarius, Hieronymus, Chrysoftomus, Euthymius, Theophylactus, Augustinus, Ambrosius &c. è Pontificiis Maldonatus; Iansenius, Barradius, Cornel à Lapide. Aliqui ab angelo immisum, ad eliciendum innocentiae Jesu testimonium, tradunt. Nihil obstat, ἀπέσως dicere immisum. Quidam, coniunctam habuisse, aut consequentem, ἐν αὐτῇ ad Christianismum, censent. Credidisse, esseque salvatam; ait Origenes, Chrysoft. Theophyl. Hilarius valde propendet in *Matth. can. 33.* Lucius Dexter in *Chron. A. 34. n. 2.* expressè; *credidit & salutem consequitur.* In catalogo Sanctorum collocat Menologium Græcorum, sub nomine *Procula*, quod & commemorat Vincent. Bellovacensis *Spec. hist. VII, 41.* quomodo & nominat Nicephor. *H. E. I, 30.* Dexter *Claudiam Proculam* vocat. Et conjicit Cornel. à Lap. fortassis esse Claudiam, de qua *2. Tim. 4, 21.* quæ Pilato in exilium pulso Romæ manserit. Sunt incerta pleraque, ut & quod ex Augustini *serm. 3. de Epiphania* & Tertulliani *Apolog. adv. Gentes cap. 21.* probare quidam volunt, uxoris pietate Pilatum denique Christianum factum. Tandem quomodo supposuerit Maximinus Imper. Pilati & Salvatoris nostri rerum gestarum tanquam commentarios quosdā, omni blasphemiam & convicio contra Christum refertos, & ubi exposuerit, ex Eusebio docet Baron. *T. 3. An. Chr. 311. n. 47.* & ex eo Spondanus *h. l.*

§. 15. III. *est personarum multitudo.* Herodi Pilatoque suffragata, quæ significatur ἔθνεσι καὶ λαοῖς Ἰσραήλ. de quibus supra vide §. 12. Sunt sanè interdum Συώνυμα etiam conjuncta ἔθνη καὶ λαοὶ *1. Pet. 2, 9. Apoc. 10, 11. cap. 14, 6.* sed hic ἔθνη notant incircumcisos, λαοὶ Ἰσραήλ Judæos denotat, uti dictum est. Conf. Christi prædictionem *Matth. 20, 19. Marc. 10, 33. Luc. 18, 32.* Caput descriptionem, & stylum Lucæ, *Act. 26, 17, 23.* Pauli, *Rom. 15, v. 10.* Simonis elogium *Luc. 2, 32.* Non expriment Pontifices, sub λαοῖς tamen Ἰσραήλ designant, velut ἀρχοὺς λαῶν *v. 26.* de quibus etiam *v. 5. 6. 8.* quibus crucifixio Jesu difertè imputatur, *v. 10. 11.* quos notat Oecumenius *supra §. 2.* Nominantur ἀρχοὺς καὶ πρεσβυτέρους

F

Εὐτὶς

ἐυτερεσι, καὶ γεγραμῶτες, καὶ Ἀννας, καὶ Καϊάπας, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ ὅσοι ἦσαν ἐι γένους Ἀρχιερατικῶ. De quo plurima notatu dignissima annotavit Janus Selden *de Success. in Pontif. Hebr. lib. 1. cap. 9. § 12.*

An παῖς  
servus?

§ 16. V. SCOPUS. Sanctus Domini Puer, Iesus, quem Dominus unxit. ἐπὶ τὸν ἅγιον παῖδά σου Ἰησοῦν, ὃν ἔχεισας. Vocatur ἰ. παῖς. Sic vocatur Actor. 3, 13. 26. & cap. 4, 30. Syrus, Arabs, Vatablus, Calvinus, Beza, Genevenfes in Gallica, Diodati in Italica, Dieterbergius in Germanica &c. habent *Filium*. E veteribus etiam Tertullianus, Hilarius, Prosper &c. reddunt *Filium*. Vulgatus reddidit *puerum*, quem sequitur Santes Pagninus, Ar. Montanus, Seb. Castalio. Ita Chrylostomum vertit Erasmus, Oecumenium Felicianus. Ita & habet Augustinus, Prosper, Leo M. Maxentius &c. Piscator reddidit *servum*, Diener. De quo supra § 2. Rectissime redditur *filius*. 1. quia ita invaticinio appellatur, cuius complementum dulcissima animadversione deprædicavit Ecclesia Hierosolymitana. Nam Psal. 2. b. hoc nomine *filij* insignitur, vocaturq; & כֶּן & כֶּן 2. quia ita LXX. reddunt vaticinium Psal. 2. quos ut plurimum sequitur B. Lucas in reddendis sensibus Sanctorum. 3. quia hæc est solennis & primaria significatio hujus vocabuli. 4. quia hoc sensu vocatur παῖς Luc. 2, 43. 5. quia scopo Ecclesie Hierosolymitanæ propius est, si ita reddatur. Intendit namque illa exaggerare atrocitatem facinoris ab adversariis Jesu tentati. Exaggeratius fit, si adversus ipsum filium Domini, qui cælum & terram condidit, talia machinati esse dicantur. 6. quia sub nomine ἡσῶ Judæis illius facinoris atrocitas parabolicè ob oculos posita fuit Matth. 21, 38; Marc. 12, 6; Luc. 20, 13. Et quidem ita, ut ἡσῶ à δόλω seu δόλοις distinguatur. 7. quia hoc nomine, Dei summa in suo æterno προνοησιῶ sapientia & benignitas incomprehensibilis commendatur, Rom. 8, 32. quod τὸ ἰδίῳ ἡσῶ ἐν ἐρεσίῳ. de quo vide Synopsin Theol. Zachar. part. 1. cap. 9. § 293. p. 284. & seqq. Lorinus Comm. h. l. disquirat, An Christus etiamnum in statu exaltationis servus dici queat? Laudat Genebrardum, qui censet, potius dicendum Christum puerum, quam servum, propter Christi decus, qui, inquit, etsi sit servus Patris humane forme ratione, at propter illam in unitatem persona divina inseparabiliter coalescentem, aptius,

An Christus  
in statu ex-  
alt. servus  
quis homo?

capitulus dicitur puer, sive Filius Dei: ubi enim locutio est periculosa, & intelligentia lubrica, difficilisq, vel propriè est loquendum, vel aliquantò communius ac magis universe: ut subesse possit distinctio. In statu exinanitionis Christum juxta humanam naturam servum fuisse, & ita etiam à Prophetis sub respectu ad illum statum appellatum, docet Es 42. 1. 43. 10. 49. § 6. § 2. 11. &c. Conf. Phil. 2. Et frustra esse Vasquezium, aliosque, qui id negant, ipse Lorinus l. c. & Ben. Justinian. ad Phil. 2. demonstrant, qua de re vide, quæ annotata sunt in detect. male fid. Papal. circa fundam. SS. Trinit. part. 1. class. 3. f. 10. p. 14. & seqq. In statu exaltationis consideratum Christum sub ratione illius status propriè servum dici posse, etsi Tannerus & alij contendunt, vel ex eo solum capite negandum est, quia formam servi Christus deposuit, postquam servire in nostris peccatis desuit, & ad dextram Patris confedit. Vide Pentadec. dispp. Acad. d. 4. §. 32. & seqq. Proinde si vel maximè per puerum aut παιδα servum h. l. intelligeremus, hoc cum respectu ad statum exinanitionis ab Ecclesia Hierosolymitana pronunciatum esse, diceremus. Conventus hostium, fremitus hostium, consilia hostium, facta hostium &c. in Christum exinanitum tetenderunt. Illis igitur, ut servus, tum obnoxius fuit.

§. 17. Unde contra nos incongruè concluderet Joh Szydlovius in Vindic. quest. aliquot difficultium (quæ specimen exhibent novaturientium & impiarum disputationum in Ecclesiam contra majorum suffragia introductarum) c. 5. p. 71. Christum quæ mediatorem non esse formale objectum adorationis, imò non esse divino cultu, qui ad primam tabulam pertineat, venerandum, quæ mediator est, quia esse Mediatorem non dicit nisi dependentiam, & Christus quæ Mediator colendus est ut servus Dei, qui ut infinitis modis distat à Deo, ita cultus ipsi respondens infinitis partibus est infra cultum Dei, cum cultus respondeat naturæ rei: non esse igitur rationem, cur civili cultus sive secunde tabulæ Christo quæ mediatori non conveniat: esse autem civilem cultum non unius ejusdemque gradus: nam ut unaquaq, natura est excellentior aut minus excellens, ita cultum ipsi deberi: Titulos autem istos Mediatoris, Regis & capitis Ecclesiæ, etsi notent quidem ordinem, præstantiam & potestatem in suo genere, tamen non excludere dependentiam ad Deum absolutè, imò ponere: esse enim caput & Regem subordinatam.

Se ydlovius  
confutatur.

tum Patri, 1. Cor. 11, 2. Ps. 2, 6 Nos enim facile largimur, quod esse servum  
 non esse in Christo formalem rationem adorationis. Formali-  
 nis enim ratio adorationis est majestas summa divina non ἀεργ-  
 γος, sed ἐνεργητικὴ. Servitus autem ad statum exinanitionis per-  
 tinet, quorsum & forma servi. Et propter servitatem Christus  
 qua homo fuit in κενώσις adorabilis majestatis divina plenè usur-  
 pandæ. Non autem ipsæ ἐνεργεια, aut ἐνεργήματα sunt objectum,  
 sed causa impulsiva adorationis. Mediatoris autem officio &  
 conditioni non est perpetuò conjunctum, esse servum. Desiit e-  
 nim Christus esse servus secundum humanam naturam, & factus  
 est Dominus universaliter dominans Act. 2, 36. qua de re disputavi-  
 mus Pentadecadæ disp. 15 §. 3. & 49. In statu ergo exaltationis non am-  
 plius habet nomen servi, sed nomen super omne nomen, Phil. 2, 9.  
 Unde est in plenario majestatis omnidominæ usui, Eph. 4, 10. Est-  
 que mediator ad dextram Dei, supra omnes angelos & omne  
 nominabile, Eph. 1, 20. 21. 22. Neque desinit esse Mediator, quia  
 non amplius servus. Nunc enim mediator est & mediat, non  
 κνείωδτικῶς, seu δαλοκνείωτικῶς, per humilium & sublimium ἐνεργ-  
 γειῶν κοινώνίαν, sed mediat κνείωτικῶς, sublimiter, divinèque, si sta-  
 tum respicias: mediat enim ad dextram Dei, Rom. 8, 34. ἐν χριστῷ  
 πάντος πληρώματι & τῆς θεότητι & ἑνωτικῶς ἐνοικούντι, Col. 2, 9. Et  
 quando etiam secundum humanam naturam, in statu servitutis  
 seu exinanitionis Christus adoratus fuit particulariter, pro mo-  
 do φανερώσεως & οἰκονομίας fuit hoc factum, sub ratione maiestatis  
 summæ in ipso eatenus non quiescentis, sed operantis, 1oh. 2, 11.  
 & Matth. 4, 11. Itaque civilis cultus, aut cultus creaturis rationali-  
 bus debitus, hoc loco & in adoratione mediatoris non attenditur.  
 Dependētia non desit in Christo, sed illā, sive in genere entis,  
 sive in genere moris consideretur, non indivisè & inseparabili-  
 ter comitatur servitus. Non sanè omnis ὑποταγή servitus est. Imò  
 Spiritus S. in sacris lit. dum ὑποταγῶ de Christo qua homo est pro-  
 fitetur etiam in statu gloriæ. 1. Cor. 15. non tamen δουλείαν servitu-  
 tem statui gloriæ Christi includit, sed opponit. Christus ergo Me-  
 diator jam adoratur etiam secundū humanam naturam, ditatam  
 ipsa infinita divinaque majestāte, in mediatoriis actibus sese ple-  
 nissimè nunc exerente, quam ditationem quamdiu negant cum  
 Szydlo-

Szydlovio Calviniani, non possunt obtinere, Christum etiam secundum humanam naturam esse adorandum; non enim ipsam divinam adorabilitatem in humana natura per realem *κοινωνίαν* collocant.

§. 18. Hinc contra suos militat rationes Szydlovij, quas cap. 6 pag. 90. & seq. proponit: I. Christi mediatoris quia mediator dependentia est & casualis & finalis. Causalem esse certum est; quia potestatem istam mediatoriam Christus habet non essentialem, sed concessam a Deo. Hinc Psal. 2. dicitur constitutus in Regem Sionis. Et Matth. 28. potestas ipsi dicitur data omnis in caelo & in terra. Ideo dicitur servus Dei, Esa. 42. & Deus ipse caput. 1. Corinth. II. Hinc etiam Theologi distinguunt regnum Christi in essentialia & mediatorium, quod & cepit Psal. 45. ubi Christus dicitur unctus praefortibus suis: & definit 1. Cor. 15. ubi dicit Paulus, Christum esse subjiciendum Patri. At nullo modo subici potest, nisi ut Mediator: quippe qui tale quid sit ob suam dependentiam, ut non repugnet subici. Et hoc est ipsum quod Theologi nostri dicunt contra Socinianos. Inaequalitatem officij non tollere aequalitatem naturae. Ex parte finis etiam dependentia est: Christus enim mediator qua talis, totus quantum est, propter Ecclesiam est. Iam autem medium qua medium semper est indignius fine. Cur enim Christus factus est homo, Rex, Sacerdos, Propheta, nisi quod Deus voluit hoc medium esse salutis nostrae? Atqui media sunt propter finem, non finis propter media. Hinc Matth. 15. Christus venisse dicitur, non ut ministraretur ei, sed ut ministraret. Et 1. Tim. 1. Christus venit in mundum, ut peccatores faceret salvos. Itaque cum finis sit causa, medium verò sit destinatum, tum causatum dependebit a causa, & indignius erit ea, nimirum ea parte, qua causa non est. Hoc etiam ipse Aristoteles ratione naturali edocuit asseruit. 1. Magn. Mor. c. 2. In universum, inquit, semper id melius est, cujus gratia sunt alia. Hinc & Keckermann. Syst. Log. I. 1. cap. 8. hunc Canonem Logicum: Finis qua finis semper est prior & praestantior mediis: illustrat hoc exemplo, quod incarnatio Christi sit inferior salute Ecclesiae, qua medium, licet in absoluta sua natura infinitis modis sit praestantior. Absurdum ergo erit, hoc, quod est inferius salute Ecclesiae, qua tale, adorari debere. II. Fjus quod distat a Deo & est inferius Deo, ob suam dependentiam nulla est proportio ad Deum vel aequalitas in infinitum. Si enim esset aliqua proportio rei dependentis ad

3  
11.  
34  
2  
3  
2  
2  
38  
24  
39  
42  
43  
44  
45  
46

Deum, tum daretur aliquid commune in re ipsa Deo cum creatura præter  
nomen. Iam autem cum naturam rei sequatur cultus, tum si natura rei  
erit dependens, & cultus ipse erit dependens. Igitur quia Christus media-  
tor qua talis est dependens, ne essario etiam cultum dependentem infert.  
III. Cultus debet deferri non nisi infinito & incomprehensibili objecto.  
ut enim intellectus in adoratione tantum debet ferri in hoc, quod com-  
prehendi & capi non potest, ita & voluntas in adoratione ferri debet in  
hoc, quod ut summum, independens & primum bonum consideratur. At  
mediator qua talis non est ut summum bonum, nec ut infinitum quid &  
incomprehensibile. Licet enim totum opus Mediationis & Redemptionis  
sit augustissimum & divinum, est tamen dependens & finitum, & ea parte  
non repugnat, comprehendi à captu & intellectu nostro. Ratio ergo ipsius  
cultus repugnat adorari aliud quippiam subordinatum & dependens.  
Has, inquam, rationes ex principiis Calvinianis non solvent,  
qui à Szydlovio dissentiunt. Nobis verò id præstare non diffici-  
le est. Ad I. respondemus I. potestatem mediatoriam esse qui-  
dem concessam à Deo, sed tamen esse ipsam essentialem potesta-  
tem. Omnis enim potestas in cælo & in terra est essentialis Dei  
potestas, ut alibi ostensum est. Hæc verò data est non mediatori  
juxta divinitatē, secundum quam ipsi nihil dari potestatis potest,  
sed juxta humanam naturam. Et quando Rex Sionis constitutus  
est, non aliam maiestatem consecutus est Christus, quam sum-  
mam, divinam, adorabilem, osculo non civili, sed religioso di-  
gnam, Pl. 2. II. Christus non est servus Dei per usum potestatis  
divinæ immensæ, aut respectu illius usus, sed respectu illarum  
servilium ἐνεργειῶν actionum & passionum, inter quas & ἐνεργείας  
illius divinæ potestatis arctissima & intima est κοινωμία.  
III. Sub capite esse & servum esse nullo modo æquipollent; san-  
tè ad locum 1. Cor. II. respiciendo eadem non sunt. Mulier e-  
nim sub capite est, neque tamen capitis serva, aut ancilla Viri  
est. Sed & veteres nomen κεφαλῆς ad originem & principium,  
ad eoque ad Deitatem retulerunt, neque tamen inæqualitatem  
inter personas SS. Trinitatis admiserunt. Sic sanè Augustinus  
in qq. V. T. q. 9. Caput Filij Pater est. & caput Spiritus filius, quia de ipso  
accepit. Chrysostomus h. l. hom. XXVI. & Theodoret. Comm.  
h. l. hinc contra Arianos probant ὁμοουσίαν Filij cum Patre, quoad  
divi.

Locus 1. Co-  
rinth. II.  
exponeitur.

divinitatem, quia caput est ejusdem substantiæ cum membris, quibus est caput. Ambrosius, seu, ut Fr. Lucas Brug appellat, Ambrosiaster, h. l. *Dignum est*, inquit, *ut Filij caput Pater dicatur, quasi genitor*. Et post: *Idèd caput Christi est, quia de eo, vel ab eo genitus est*. Synodus Sirmienfis c. 26: *Filium esse innaſcibilem ac ſine principio ex eo probat: Quia caput, quod eſt principium omnium, Filius, caput autem, quod eſt principium Chriſti, Deus*. Ita refert & tuetur Hilarius de Synodis circa med. Cyrillus Alexandr. de Trinit. dialog. lib. 3. circa fin. ad utramque naturam refert. *Chriſtus*, inquit, *fontem quidem quodammodo & radicem ſubſiſtentia Patrem habens, qui in cælis, cum quo ſine principio eſt, ac æternus, nullumque ſecundarium primatum gerens, ſiquidem neceſſarium eſt, caput ſimul ſubſiſtere cum eo, cujus caput eſſe dicitur: junctus verò ſecundum carnem etiam huic noſtræ naturali habitudine*. Quando igitur Chriſti caput Deus intelligitur & eſt citra mendacium, quomodo non eſſet verus Deus? qui radicem habet Deitatis veram & ſubſtantialiter junctus ei, qui genuit? Sed quia propius vero eſt, de Chriſto juxta humanã naturam interpretari, quod Deus ipſius caput ſit, notandum nihilominus eſt, non id obſtare adorationi ſummæ, Chriſto etiam juxta humanam naturam conſiderato attribuenti; nam Deus Chriſti quã homo eſt caput eſt, ſi reſpicias ad φύσιν & conditionem naturalem humanitatis aſſumtæ. Adoratio autem ſpectat Chriſti, quã homo eſt, ineffabilem βελίωσιν & ἀξίωσιν, quã non inferioris ordinis dignitatem conſecutus eſt, ſed in ſummæ communionem admiſſus. Unde etiam adoratio Chriſti quã homo eſt naſcitur ex dependentia humanæ naturæ à ſubſiſtentia τῆς λόγις communicatæ & communicatione omnis majestatis divinæ per univerſalem uſurpationem in ſtatu τῆς εὐλασείας exerendæ. Paucis, Chriſtus quã homo dependens adoratur propter ἀλήθειαν & χεῖρας omnis plenitudinis Deitatis independentis. IV. Chriſtus quã Mediator propter Eccleſiam eſt, ſed non ut medium propter finem, ſed ut cauſa efficiens ad producendum effectum. Ipſa opera & beneficia mediatoris media ſunt ad ſalutem Eccleſiæ tendentia. Sed diſtinguendum eſt inter finem ὡς, & finem ἕ. Media non ſunt quã talia indigniora fine ὡς, ſed fine ἕ. Eccleſia finis ὡς eſt. Beatitudo ſempiterna finis ἕ. Hæc eſt præſtantiffimum & ſummum bonum, quo poſteriora ſunt opera Chriſti.

Christi. Manet verò superior Christus ut mediator, ideoq; adorabilis. Per huius amplexum adorationemque venit ad Patrem *Ioh. 5, 23, c. 14, 6. 16.* Quod verò Matth. (non 15. sed) 20. v. 28. dicitur, Christum non venisse, ut ministraretur ei, sed ut ipse ministraret, non probat, Christum qua mediatorem non esse adorandum. Loquitur enim dictis verbis Christus de adventu *κινώσεως*, non de statu *καταστάσεως*, in quo omninò ut adorabilis proponitur, *Ioh. 14, 23. & Phil. 2, 9.* Deniq; opera Mediatoris à Mediatore ipso sunt disting. enda. Illa adorabilia non sunt. Neque enim adoratio terminatur in opera, licet sint motiva adorandi. Ipse autem Mediator, secundum utramque naturam maiestate divina ad salutem Ecclesiæ operosus, adorabilis est & adorandus. Ad 2. resp. Aut sermo est, de Mediatore Christo secundum utramque naturam, aut secundum solam humanam considerato. Si illud, sequeretur, etiam Christum, qua Deus est, dependere à Deo, inferiorem esse Deo, nullam proportionem habere vel æqualitatem ad Deum in infinitum. At hoc est absurdissimum & ἀβέλγηρον. Si hoc, verum equidem est, eatenus Christum esse inferiorem Deo, dependere à Deo, & in natura nullam habere vel proportionem, vel æqualitatem ad Deum, sed esse infinitam distantiam inter divinam & humanam naturam in ratione essendi, non tamen sequitur, cultum debere esse inferiorem & dependentem. Etiam si enim Christus qua homo cultus rationem, h. e. infinita & divina ἀρχήματα in negotio salutis nostræ operosa, dependenter habeat ab unione personali & eam secuta *καταστάσεως*, non tamen ipsa ratio cultus est dependens, adeoque objectum cultus nequaquam dependente & inferiori cultu adorabile facit. Ad 3. verum est, opus redemptionis & mediationis esse dependens, scilicet ab ipso Mediatore, & finitum, scilicet in genere entis, non autem moralis æstimationis in mente divina; sed quod propterea comprehendi queat ab intellectu finito & creato in hac vita, non sequitur. Multò minus illud concedimus, ipsum Mediatorem propterea non esse summum & primum bonum, adeoq; non esse adorabilem. Nam primum finitas operum non arguit finitam causam; præsertim si opera infinitam causam per se requirunt. Deinde etiam si Mediator qua homo in termi-

RIS

nis suis substantialibus consideratus comprehendi & capi possit, incomprehensibilis tamen idem est, si in unionis & dextera incomprehensibilis gloria respiciatur. Sed jam revertamur ad textum, & retineamus, verisimile non esse, Ecclesiam primigeniam in jubilo magnifico nomine παῖδες servitutem innuere voluisse.

§. 19. Vocatur II. ἅγιος, sanctus ΝΥΙΨ. Sic Luc. 1, 35. τὸ ἄγιομενον ἐν Μαρίας ἅγιον dicitur ὁὸς θεῶ. Act. 3, 14 vocatur ἅγιος absolutè. Adde 1. Ioh. 2, 20. ubi dicitur, ὑμεῖς χρίσμα ἔχετε ἀπὸ τοῦ ἁγίου: quem Christum esse ex v. 23. 24. 27. constat. Sic & Apoc. 3, 7. ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινὸς vocatur. Pertinetque ad ipsum etiam τεισάγιον Es. 6, 3. Ioh. 12, 41. vide dissert. ad Hebr. 13, 8. §. 32. Et quia ἅγιος est in medio throni divini, quem quatuor animalia & viginti quatuor seniores circumdant, & ex ἁγίω septem lampades, cornuum oculorumque instar effulgent, quæ sunt septem spiritus Dei in omnem terram emissi, Apoc. 5, 6. utique etiam Apoc. 4, 8. cantatus hymnus ad ἅγιον pertinebit. Estque πᾶς ἅγιος, uti & πατὴρ. Ioh. 17, 1. Christus ad ipsum; πατὴρ ἅγιος. Est enim unum cum Patre Ioh. 10, 30. sicut & Spiritus S. ἐν est 1. Ioh. 5, 7. Ἐκ μονογενῆς ὁὸς Ioh. 1, 14. Ἰδιὸς ὁὸς Rom. 8, 32. habens gloriam ante mundi constitutionem apud Patrem, Ioh. 17, 5. qui cum Patre & Spiritu S. unum obiectum fidei, unum principium vitæ æternæ constituit, v. 3. Hinc & Spiritus S. est oris ipsius Spiritus, 1. Theff. 2, 8. 1. Per. 1, v. 11. ab ipso missus Ioh. 15, 26. ab ipso sumens Ioh. 16, 14. Itaque omnino respectu summæ sanctitatis ἅγιος πᾶς; quod & ex circumstantiis textus Lucæ elucescit: quia I. agnoverunt, illum esse πᾶδα ἅγιον in intima cum Deo Patre communionem, quo oppugnato ipse etiam pater oppugnatur, v. 26. quia II. agnoverunt, ipsius nomine atque numine fieri θαυματουργήματα v. 30. imò & ipso σωρευόντι Marc. 16, 20. quia III. crediderunt, in nullo alio esse salutem, neque aliud nomen sub cælo hominibus datum esse, in quo salus sit obtinenda, præterquam ipso v. 12. Hoc autem est credere, Jesum esse filium Dei in summa sanctitate. Neque verò cum ad Deum Patrem dicunt, vers. 24. Δέσποτα, σὺ ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν ἔρρον καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αἰσίν, ὁ δὲ εὐμαρτα Δαβὶδ εἰπὼν &c. excludunt à maiestate creatoria Christum, aut Christo summam sanctitatem denegant: sed ad

G

statum

statum exinanitionis Christi respexerunt, in quo contra ipsum  
 convenerunt hostes ipsius: quapropter sub ratione creatoris  
 Christum non compellarunt: aliàs professi procul dubio sunt,  
 ipsum quoque Jesum omnia fecisse, condidisse secula, fundasse  
 terram & cœlos manibus suis operatum esse, *Ioh. 1, 2. Hebr. 1, 2.*  
 & 10. Crediderunt etiam, Spiritum in Prophetis locutum, esse  
 Spiritum Christi, *1. Petr. 1, 11.*

Quomodo  
 vocatus Iesus?

§ 20. Vocatur II. *Ἰησους*: nomine sc. proprio, angelo re-  
 velante ipsi imposito, de quo *plura in dissert. ad Hebr. 13, 8. §. 9. 10.*  
 11. 12. 13. Græci abjecta ultima gutturali addunt sibi familiarem  
 terminationem, & dicunt *Ἰησους*. Sic prisca Babylonii & Thalmu-  
 dici dixerunt *ישׁו* pro *ישׁוּע* Elias in *Thisbi p. 152. edit. Pag.* Dicunt  
 Christiani Messiam ipsorum vocatum fuisse Ieschua, iussu angeli Gabrie-  
 lis, eò quod liberaturus esset totum mundum à Gehenna. Alij tamen di-  
 cunt à casu hoc nominis illi inditum fuisse, quo nomine & multi Iudæi  
 tum temporis vocati fuerunt, sicuti invenimus in *Ezra c. 2. & in Nehemia.*  
*c. 3. & 12. Item in 2. Par. 31.* Et quia Iudæi non credunt, quod ipse sit ser-  
 vator ille, idcirco nolunt ipsum vocare *ישׁוּע*, sed tollunt *ע* & pronun-  
 ciant *ישׁו*. Est etiam dicendum, quod vox *Ain* difficilis sit pronuntiata  
 gentibus, ob id non proferunt in lingua sua *ישׁוּע* sed *ישׁו* aut *ישׁום*.  
 Drusius ad *Marc. 1, 17.* non vult ablatione *ע* à nomine *ישׁוּע* à Ju-  
 dæis odio Christianorum factam, sed dialecto linguæ adscribit.  
 Bene Buxtorfius *Lex. Rabb. p. 992.* Fieri, inquit, potest, ut primitus  
 ita fuerit. At post modum malitiam ipsorum accessisse, qua etiamnum  
 hodie durat & aucta est, nimium bene norunt, quibus aliqua cum Iudæis  
 conversatio est. Nam apud ipsos vulgatissimum est, *ישׁו* abbreviatè signi-  
 ficare *שמו וחכרו יכח* Deleatur nomen ejus & memoria ejus. Ego aliam  
 didici à Iudæo, qui hodieque Hanovia vivit. Is dum paululum à Iudæis ef-  
 fet aversus, mihi revelavit, etiam ipsis valere *ישׁו שקר ותועפה* Iesus  
 mendacium & abominatio. Tu ó Iesu vindica hanc ipsorum calumniam.  
 Conf. de abbrev. Iud. p. 78. Memorat idem in *L. R. l. c. Jesu Salvatoris*  
*nostri fieri mentionem apud Thalmudicos in libro Avoda Sarah,*  
*fol. 17. 1. & in Sanhedrin f. 107. 2. & f. 103. 1. ed. Ven. & in בית יעקב*  
*fol. 55. 4. & 127. & 153. 1. Sanhedr. fol. 63. 2. in Comm. marg. Berach.*  
*fol. 17. 2. ed. Crac. & Ven. Sota f. 47. 1. ed. Ven. in Sanhedrin. f. 43. 1. f. 2.*

9803

quoque mentio eius quorundam discipulorum. Ostendit autem Guil. Schiccardus in *Tarich* p. 83. & seq. Talmudicum Jesum longè aliam personam esse, si natales, tempus, discipulos, mores, judicium, locum &c. consideres, quam sit Evangelicus. *Conf. H. G. Vorstij observat. ad Chronol. R. D. Ganz. p. 257. & seqq.* Videntur autem Sancti primigeniæ Ecclesiæ gradatim ascendisse in propositione objecti interfectionis, dum illud vocarunt 1. filium Dei. 2. filium Dei illum sanctum & summum. 3. filium Dei sanctum Jesum & Salvatorem. In quo sc. non tantum relatio inter Patrem & ipsum sit attendenda, nec sublimitas & eminentia sanctitatis, sed & relatio ad nos tanquam in summa miseria meritos & salute indigos. Est enim Jesus unius, universalis, omnium temporum, omnium locorum. Jesus etiam Pilati, Herodis, gentium, Judæorum. Jesus non supplicio, sed supplicatione dignus & adorabilis. Etiam quæ Jesus, non tantum quia Jesus. Posterius contendit Novator Szydlovius in *Vind.* p. 51. Nos & prius volumus. In eo enim, quæ filius Dei Jesus est, maximopere omnis sublimitas & *ἐξουσία* immensæ majestatis operosa radiat. Ait Szydlovius contra Virum Illustrem & Magnif. ex Polonia, urgentem onomathesian Anglicam, Matth. 1, 21. in qua ratio formalis adorabilitatis expostita sit: *Aberratur hic à scopo & statu controversia. Ut autem hoc præteream, Iesum sive Salvatorem esse relationem & officium in Christo, totum quod ostendit ill. Vir largimur, neg, tamen sic quicquam obtinetur. Quis enim negat, Christum esse Salvatorem? aut quis inficias ibit, Salvatorem non posse esse, nisi Deum? Sed cum & Deus absolutè salvet, & Mediator salvet, idè dicimus, Christum quæ Deum efficienter salvare, quæ Mediatorem meritorie, ita ut hic locum habeat distinctio causa meritoria ab efficiente sua principali. Redditur ergò ratio nominis Iesu ab Angelo, quia sc. salvaturus erat populum suum, hoc est, ut Deus efficiendo, ut Mediator merendo, hæc ille. Nos Jesum ut Deum & efficienter & meritorie ad salvationem nostram sese habere contendimus. Meruit enim omninò non ut homo tantum, sed etiam ut Deus. Actiones Mediatoriæ fuerunt *θεῶν* Deiviriles. Hinc Mediator noster dicitur Christus, secundum utramque naturam. Atque hic est illud *ἀπὸ πῶτος καὶ ἀκατάληπτος*, quod Christus ut Deus cum Patre & Spiritu S. efficiens sit salutis nostræ causa. Idem tamen ut*

An Iesus  
quæ Iesus  
adoram-  
dus?

Deus & ut homo, sit causa meritoria. Et quia non alia gloria hic effulsit, quam supereminentissima, divina & immensa, quam aliter & sub alio respectu, propter eandem non minus hoc, quam illo intuitu adorabilis est.

Quando  
παῖς  
αἰθετός?

§. 21. Vocatur I V. Χεῖδος. ὁ ἕχθρος. Non facta est illa Χεῖδος 1. in aeterna praedestinatione. Neque enim haec alicubi Χεῖδος in S. literis dicitur. 2. non nuda designatione & destinatione. Est enim facta Spiritu S. & virtute, Act. 10, 38. 3. non itaque sola manifestatione, quia facta est oleo laetitiae, Psal. 45, 7. Hebr. 1, 9. 4. non proinde secundum Deitatem, quia Spiritus S. à Christo procedit. 5. neque donum tantum finitum, sed infinitum, increatum & immensum donum, ἕκ ἐκ μέρους etiam respectu Dei, Ioh. 3, 34. omni plenitudine Deitatis, Col. 2, 9. omnibus thesauris sapientiae & scientiae, Col. 2, 3. 5. non demum anno tricesimo. Franc. Gomarus tractat. de scientia Christi, Tom. I. oper. p. 262. inquit: Ad dicta Ps. 45. v. 8. Es. 61, 1. Act. 4, 27. & cap. 10, 38. respondent nostri, unctioem personae, non autem tempus unctioem notari. Nec enim ullo locorum eam Christi unctioem factam esse, in ipsa conceptione, indicatur. Imò potius id evenisse anno tricesimo aetatis, cum super eum (ut muneri prophetico obeundo inauguraretur) descendit Spiritus, Luc. 3, 22. 23. ut etiam Hieronymus exponit, Eccl. 61. & à Christo satis declaratur, Luc. 4, 8. Deinde licet de conceptione ageretur, potuisse tamen postea augeri sapientia & gratia, ut asseritur Luc. 2, 52. non negaretur: quemadmodum etiam Baptista in utero matris repletus fuit sp. s. Luc. 1, 15. neque tamen profecisse negari potest. Ita Christus accepit Spiritum variorum donorum: sed dona pro aetatis & officij obeundi ratione suam habuerunt incrementum. haec Gomarus. Resp. I. Jesus unctus jam erat cum nasceretur. Unde vocatur Χεῖδος Κρείς & ab angelo pastoribus admirandam nativitatem annunciante. Luc. 2, 11. Et ipsum ἁγιάμενον ex B. Virgine ἀγιον vocatur, & υἱός θεῶν. Luc. 1, 35. Quomodo autem Jesus sanctus & filius Dei, quò homo, sine unctioem? Sed & cum in circumcissione illud δεῖ τεμπελον nomen Jesu accepit ὁ παῖς Κρείς, quod omnia nomina superat & summæ salutis autorem designat, non negari potest, unctioem etiam ad salvationis impositum munus supponi, Luc. 2, 21. Matth. 1, 21. Imò ipsi Simeoni promissio facta est non videndi mortem, πάλιν ἃ ἰδὴ τὸν Χεῖδον Κρείν, Luc. 2, 26. qui & vidit τὸ σωτήριον θεῶν, φῶς εἰς ἅπαντας.

ὑποκαλύψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαῷ Ἰσραὴλ, *Luc. 2, 30. 32.* Σωτήριον αὐ-  
 tem sine unctione constitui nequit. Denique Elifabetha, id quod  
 in utero B. Virginis adhuc jacuit, suum κύριον vocat, *Luc. 1, 43.*  
 utique unctum juxta humanam naturam. 2. Actio illa descen-  
 sus Spiritus S. super Christum nullibi vocatur unctio. Quemad-  
 modum vox Patris filium dilectissimum, in quo beneplacuit Deo,  
 non constituebat, sed testabatur, *Matth. 3, 17. Marc. 1, 11. Luc. 3,*  
*v. 22.* Neque enim tum fiebat ἀγαπίδος υἱός, ἐν ᾧ πατὴρ ἐυδόκησε,  
 sed à primo momento unionis inter divinam & humanam natu-  
 ram erat talis, ita etiam per descensum in visibili specie Spiritus  
 S. non effundebatur in Jesum, sed effusus significabatur. Ἀγάπη  
 sanè Dei Patris & εὐδοκία super Jesum, quæ nullo momento non  
 erat, supponit unctionem, cumque ἀμέτρητη ἀγάπη & δόξα five  
 δόξα πάντων intimè conjuncta est. 3. Missio & unctio etiam cohae-  
 rent intimè in persona Christi juxta humanam naturam consi-  
 derata. Hinc *Esai. 61, 1.* spiritus Dei residentia illa abstrusa & per-  
 petua, atque unctio à Christo allegantur tanquam operatio-  
 num suarum θεανδρικών fundamentum, subnexa & expressa mis-  
 sione. Ita enim Christus: *Spiritus Domini super me, quapropter &*  
*unxit me, ad evangelizandum &c. misit me.* Pari itaque ratione se  
 habent unctio atque missio, si spectes utriusque principium &  
 originem. At missio facta est in ipsa incarnatione, in ipso in-  
 gressu Christi in mundum, qui ipsa ἐσαρκώσθαι factus est. *Gal. 4, 4.*  
*Ioh. 16, 28. cap. 1, 10.* Itaque incomparabilis Spiritus divini re-  
 quiescentia in Dn. Jesu & unctio etiam in ipso aditu mundi facta  
 est. 4. Christus procul dubio semper μετόχος suos, cum quibus  
 σαρκός καὶ αἱμάτων μετόχε, superabat etiam unctione sive donorum  
 Spiritus S. acceptione. Non itaque demum anno trigesimo ata-  
 tis cœpit id, de quo è *Psal. 45, 8.* ad *Hebr. 1, 9.* scribitur, ἵνα πῶτο  
 (in eum finem, ad eum scopum, scilicet, ut justitiæ amorem &  
 iniquitatis odium profiteretur, ut justitiam plantaret, peccatum  
 extingueret in officio suo prophetico, sacerdotali & regio) ἔχεισε  
 αὐτὸν θεός, ἔλαιον ἀγαλλιᾶσεως, παρὰ τοὺς μετόχους. 5. Officij cumpri-  
 mis Sacerdotalis actus non demum cœperunt anno tricesimo,  
 sed post ἐνοάρκωσιν ex ipsa κενώσθαι & λήψαι μορφῆς δάμνη emanarunt.  
 Sic ipse Gomarus in *Ep. ad Philipp. 2. T. 2. Op. pag. 190. b.* At nullus sacer-

3  
 34  
 2  
 38  
 24  
 39  
 42  
 50  
 48  
 49  
 44  
 48  
 47  
 46

sacerdotialis actus Christi à nondum uncto sacerdote profectus  
 est. Secus aliquis sacerdotialis actus non esset ad salutem generis  
 nostri 6. Sapientia aucta realibus incrementis & non ipsa usurpa-  
 tione actus; *χρησις* non sunt πάντες *θησαυροὶ σοφίας καὶ γνώσεως* qui  
 nunquam non fuerunt in Christo ἀποκεκρυμμένοι. Col. 2, 3. gratia  
 similiter accessione perfectionis intrinsecæ cumulata non est  
*πλεότις χάρις καὶ ἀληθείας*, quæ gloria unigeniti filij Dei manife-  
 stata eluxit inter homines, *loh.* 1, 14. non est illud *πλήρωμα ἐξ ἑ-*  
*ωάντες λαμβάνομεν χάριν αὐτῆ χάρις*, v. 16. non est *πᾶν πλήρωμα τῆς*  
*θεότητος*, Col. 2, 9. cujus ἐνοίκησις à momento conceptionis in  
 Christo fuit. Hæc autem potissimum sapientiæ & gratiæ perfe-  
 ctio unctioni illi ad officium Mediatorium assignatur. Finita in  
 Christo dona propter statum *κένωσης* cum primis ei data sunt.  
 Infinita & immensa dona ad apotelesma officij & exaltationis fa-  
 stigium spectarunt. *Sed de his actum à nobis in Pentad. diff. Theolog.*  
*diff. 2. §. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & diff. 4. §. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21.*  
*& diff. de atern. Chr. Majest. ad Hebr. 13, 8. §. 13. 14. 15. 16. 17. 18.* Neque  
 tamen sequitur, quod Bellarm. *de Christo l. 4. c. 2. ex h. l. confici putat;*  
*sc. animam Christi à momento conceptionis per universum statum exinan-*  
*tionis omnia scivisse fuisseque in clara Dei visione.* Distinguendum enim  
 inter *χρῆσιμα*, & ejus usum atq. exertionem. Accepit Christus quæ  
 homo plenissimum & perfectissimū sapientiæ divinæ unguentum.  
 Sed de eo semper tantum delibavit & dispensavit, quantum ra-  
 tio officij poposcit, usque dum per conditionem gloriosi status  
 plenè delibare licuit. Pertinet enim plenissima illius unguenti  
 delibatio, quo Christus delibutus est, ad formam Dei, cujus re-  
 spectu in Christo voluntaria fuit, secundum humanam naturam  
*κένωσης. Confer. Theolog. Zach part. 1. dissert. 9.*

II. Con-  
 sultan-  
 tium  
 effectus.  
 1. ex parte  
 consultan-  
 tium.

§. 21. Consideramus I. *Conventus effectum.* Is est, *ποιήσαι*  
*δοσι ἢ χρείς σε καὶ ἢ βυλιήσε πρόωεισε ἄνεσθ.* Effectus ex parte consultantium  
 & convenientium in communi causa intentus est *ποιήσαι.* Quid?  
 Quod Christus prædixit instare, juxta Prophetarum oracula *Mat-*  
*tha.* 20, 17. *Marc.* 10, 32. *Luc.* 18, 31. nimirum *ῥέξις ὄσον, ἐμπαιγμὸν,*  
*ὕβρισμὸν, ἐμπύσιν εἰς τὸ πρὸς ὄπον, μαστιγῶσιν, σαύρωσιν, θανάτων:* Reje-  
 ctionem lapidis, qui postea factus est lapis angularis. *Psal.* 118, 22.  
*Luc.* 20, 17. *Act.* 4, 10, 11. interfectionem filij tanquam hæredis.

LUC.

Exc. 20714 Conf. Act 2, 23, 36. c. 3; 13. 14. Historia Evangelica effectus  
ab ipsis obtentos copiosè exponit. Stephanus Judæos summa-  
tîm propterea vocat Actor. 7, 52. *mesdbrus x. gov. s.* Cujus in Chri-  
stum à Pilato decretae interfectionis formulas saltem octo apud  
autores se reperisse, commemorat Joh Ludov. de la Cerda in ad-  
versariis sacris, cap. 100. §. 6. ex quibus duæ ipsi solum placent,  
quarum unam in annalibus Jerusalem à se inventam habet Adri-  
chomius, quæ sic est concepta. Nos Pontius Pilatus sacri Romani impe-  
rij præses, adjudicamus Christum reum mortis, eo quod voluerit regnum  
Iudæorum usurpare, ut multipliciter comprobatum est testimonio Ponti-  
ficum majorum civitatis Hierusalem. Et quia contra decretum principum  
fecisti, volens Te Regem facere, propterea judico te, & sentio primò ele-  
uari in cruce extra civitatem Hierusalem, in loco qui dicitur Golgatha, id  
est, Calvaria; donec completè moriaris, per quam mortem respublica Iu-  
dæorum salva sit. Similiter tecum pariter duos latrones crucifigi conjun-  
ctos in sceleribus suis, qui sunt Dismas & Gismas à dextris & à sinistris, tu  
autem tanquam Rex in medio ipsorum in cruce residens. Lata est sen-  
tentiâ in Hierosolymis, in loco qui dicitur lithostrotos, Parasceve Pascha,  
hora quasi sexta. Addit alteram, quæ sic habet: Iesum Nazarenum,  
subversorem gentis, contemptorem Cæsaris, & falsum Messiam, ut majo-  
rum suæ gentis testimonio comprobatum est, ducite ad communis supplicij  
locum, & cum ludibrio regie majestatis in medio duorum latronum cru-  
cifigite. I licitor, expedi cruce. Quam monstruosas putabimus fuisse  
cæteras sententiæ Romanæ adversus Christum formulas, quas  
CERDA adscribere noluit, cum hæ, quas antetulit reliquis, ita  
ineptiant. Ne vestigium quidem Romanæ dictionis, Romanive  
moris in utraque formula apparet. Barbarismi produnt, è qua  
manu, quoque seculo prodierint. Quis unquam Cæsarem, Præ-  
fectorem, Præfidum, Procuratorum Roman. illo seculo scripsit:  
NOS. N. N? Quomodo Pontius Pilatus Præses imperij Roma-  
ni? Sed pergere in examine suppositij fœtus piget. Confer de  
formulis damnationis veteribus Cujacium lib. 8. observ. cap. 7. &  
lib. 13. c. 3. Brisson. lib. 5. de form. p. 438. & seqq. Lipsium de Cruce,  
lib. 3. c. 11. Mirum, Cerdam magnum Criticum ista non vidisse.  
Atque hæc sunt *Quæstiones* facta ex ipsorum intentione.

2. ex parte  
Dei.  
Quæ dicitur?

§, 23. Quid verò præter ipsorum intentionem sanctissi-  
ma Dei ordinatione & directione effectum est? ὅσα ἢ χεῖρ αὐτοῦ καὶ  
ἢ βελὴ αὐτοῦ ἀποπέσει ἡμεῖς, in effectum deducta sunt. Quæ dicitur?  
Quæ ad Sacerdotij Christi in his terris consummationem, aded-  
que ad cruentam sacrificij propitiatorij exhibitionem pertine-  
bant, ex parte ministerij præstanda. Christus ipse sacerdos est,  
ipse sacrificiū. Is ergo attulit universa, quæ ad Sacerdotij consum-  
mationē intrinsecè pertinuerunt Eximius sacerdotalis actus fuit,  
quo ipse in horto oliveti sacerdos simul atque sacrificium stetit,  
imò jacuit, seque obtulit sub mole peccatorum universi orbis,  
sub flammis iræ divinæ, in tormentis poenarum infernalium in-  
trinsecarum, quibus ad sanguineum usque sudorem victima sup-  
plex & tremebunda jacuit. Quo de actu differuimus part. 1. Theolog.  
Zachar. c. 8. §. 172. usq; ad §. 385. p. 197. ad p. 338. In hoc actu dolo-  
rum infernalium toleratorum & gustatæ mortis spiritualis, Chri-  
stus liberè accepit ministeriū angeli confortantis, & admisit fu-  
tores Satanæ serpentis antiqui tentantis & τὰ βέλῃ τὰ περιεσπόμενα.  
Eph. 6, 16. injicientis. Potuisset autē sine ministerio accepto & ad-  
missione exterioris violentiæ etiam hunc actum consummare, &  
ab intrinseco robur haurire, aut etiam semet contristare, me-  
tum in anima sua excitare longè maximum, & sensum iræ divi-  
næ perfectissimum. Sic & actus exteriores immolationis in se  
sacrificio ipse Sacerdos peragere potuisset. Sed inter innumeros  
modos, placuit hic, ut fieret Sacerdos, qua sacrificium est, ἐκδο-  
τε, Act. 2, 23. De ἐκδοτοῖς καὶ ἀγνώμοις, itemque de ἐκδοτοῖς proluxè  
agit Cl. Salmasius de Modo usurar. c. 18. p. 802. & seqq. & c. 19 p. 888.  
& seqq. Ἐκδοσις illa posuit Christum indefensum contra vim ho-  
stium, externam etiam injuriam inferentium. Positaque fuit in  
profundissima κενώσις & non usurpatione plenaria majestatis &  
formæ divinæ, atque eorum, quæ vi illius formæ divinæ in obe-  
dientiam sui accersere potuisset: quorsum respicit Salvator Mat-  
thæ. 26, 53. Fuitque illa ἐκδοσις & restricta nonnunquam, & sem-  
per limitata. Hinc nonnunquam magis ἐκδοσις fuit, nonnun-  
quam minus. Hinc in tentatione illa admirabili in deserto & pas-  
sum nunc aded fuit ἐκδοσις Diabolo, ut & impudentissimis po-  
stula-

flulationibus, & horrendis motibus illuderetur, nunc submovit  
à se Diaboli audaciam, & angelicam diaconiam admittit, *Matth.*  
4, 1. & *f. Marc.* 1, 12. & *f. Luc.* 4, 1. & *seqq.* Eadem de causa sapius ex  
hostium manibus & molitionibus elapsus est. *Luc.* 4, 29, 30. *Iob.* 5,  
7. 16. *Luc.* 19, 47. *Iob.* 10, 39 & c. Hinc nunquam eousque fuit *ἐκδοσις*,  
quousque hostes tetenderunt. *Act.* 2, 24. *Εκδοσις* illa potuisset fieri  
in manus ministerij alicujus delecti & sanctè ad sacrificij immo-  
lationem sive mactationem adventantis, sc. per divinam voca-  
tionem & excitationem, sicut Abraham sanctè ad filij sui sacrifi-  
cationem excitatus fuit: *Gen.* 22. Sed lo. o illius *ὁ ἐκδοσις* admittit  
*ἀψιν εἰς χεῖρας ἀνθρώπων*, *Act.* 2, 23: quâ alia intentione facta id deni-  
que peractum est, quod ab exteriori manu in *τὸν ἐκδοσις* Jesum  
Deus admittere voluit. *ὅσα* ergò non sunt omnia omnind, quæ  
ad hoc sacrificium constituendum pertinent.

§. 24. Quæ ἡ χεῖρ? τὸ αὐτὸ βέλεθ δολιχὴν ἡ χεῖρ καὶ ἡ βελή: in- *Qua*  
quit Oecumenius supra §. 2. Sequitur Bullingerus *h. l.* & Gualth. *χεῖρ*  
qui ipsum decretum duobus illis verbis exprimi putat. Sed non  
est negligenda emphâsis, quæ est in verbis, quibus dicitur ἡ χεῖρ  
καὶ ἡ βελή. Calvinus *h. l.* consilium & virtutem habet. Pellicanus, in-  
vincibilem virtutem & æternum consilium. Aretius, in his est Dei βελή,  
*h. e.* infallibile consilium. χεῖρ, quia perverti non potest, quâtiacumq; sint  
hostium consilia & studia. Beza in *ann. M. h. l.* per manum jus potesta-  
temq; intelligit. Lorinus *h. l.* per manum intelligit potentiam: no-  
tat insuper, manum divinam esse non rarò ipsam prædictionem  
& providentiam, & cum dicitur manus Domini super aliquem fieri,  
sensum esse, Deum illi loqui atque præcipere aliquid summa vi  
cœlestique impetu. *Ez.* 1, 3. *1. c.* 3, 22. *1. c.* 37, 1. *1. c.* 40, 1. *Os.* 12, 10. *Hagg.* 1, 13.  
2. *Reg.* 14, 19. 3. *R. c.* 18, 46. *Esd.* 3, 10. *Ios.* 17, 4. addit, manu Dei ejus fa-  
vorem, gratiam & auxilium non rarò designari *Ps.* 138, 5. *Ez.* 49, 2.  
*Ps.* 36, 24. *Iob.* 14, 15. *Ps.* 16, 7. *Ps.* 143, 7. *Ez.* 42, 6. Cornel. à Lap. po-  
tentiam, providentiam & directionem, gratiam & beneficentiam, deniq;  
operationem per manum intelligit. Sed postremum parum aptè.  
Operatio enim Dei à manu est, non ipsa manus. Manus Dei ali-  
quot significationes à nobis expositæ sunt *Dissert. 1. inc. 1. Ezeih.*  
§. 42. & *f.* Hoc loco manus ipsam vim, auctoritatem potestatem,  
largitatem, qua nititur consilii divini circa consummandum fa-

H

cristi-

sacrificium magnitudo designatur: quia manus præmittitur & quâ-  
 si subternitur consilio: quia manus, h. e. vis atque potestas re-  
 ctiſſimè cum consilio conjunguntur: quia manus pro potestate  
 & autoritate immediatè post v. 30. sumitur. Conf. Act. 7, 50. c. 11, 21.  
 Procul dubio illa manus deducit nos ad ἐκδοσιν, quæ autoritate  
 atque largitate, imò virtute potestateq; illius manus ab æterno  
 destinata est, qua & constitutū est quatenus è manu sua dimittere  
 & ἐκδοσιν ποιῆν atq; ἀγώγιμον velit Jesum. Estq; etiam manus scri-  
 bens in librum divinum ipsum consilium Dei, ex quo in tempo-  
 re in actum deducitur, quod scriptum est. Imò & dirigens & de-  
 terminans, quæ ad consilium salutis pertinent. Manus insuper  
 re. ipiens ipsam hostiam, adeoque ab æterno definiens, quæ fa-  
 cta aut inflicta atque tolerata recipere velit ingressurum εἰς τὰ  
 ἄγια & αἰώνιον λύτρωσιν inuenturum, Heb. 9, 12, 24. Huic manus,  
 quia post præuisionem peccati decrevit absolutè dare mundo sa-  
 crificium, hactenus nemo poterat resistere: non tamen antece-  
 denter ipsa determinavit omnes actus hominum intrinsecè &  
 per modum efficientis, quos assumit, aut potius admisit ad huius  
 consummationem. Imò manus Dei actus hominum, intrinsecè  
 resistentes sibi, gubernatione exteriori & quæ non influit in ma-  
 litiam, sed extrinsecus circa eam ordinandam occupata est, ad fi-  
 nem absolutè sibi propositū ab æterno dirigere atq; ordinare po-  
 test. Manui enim Dei resisti posse in finib. particularibus & inter-  
 mediis, scripturæ testimonia loquuntur, Prov. 1, 24. Es. 65, 2. Rom 10,  
 21. Et hoc ipso c. 4. Act. Ecclesia Jerosolymitana accusat Herodem atq;  
 Pilatum, itemq; Principes Sacerdotum, quod manui Dei resistent,  
 quando sc. παρῆσαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ τὸ Κυρίου καὶ καὶ τὸ Χριστοῦ ἀπὸ. vers. 26.  
 Omnino quando ὁμοῦ χειρῶν ἀνθρώπων ἔλαβον per manus improbas ex-  
 ceperunt Jesum, c. 2, 23. manui divinæ restiterunt, quæ impieta-  
 ti resistit, nec cum ea in communionem venire potest. Sic cum  
 Stephanus Act. 7, 51. de Judæis conqueritur, ὑμεῖς αἰεὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἁ-  
 γίον ἀντιπίπτετε, ad manum Spiritus S. convertentem & corda  
 mollituram adeoque pulsantem respicit, cui adversantur ἑλλησι-  
 τες ἄλλοι. Sed de his in sequentibus plura.

que ἢ βε-  
 λη?

S. 25. Quæ verò ἢ βελη? De ea egimus in Interp. Anti Trigl. c. 25  
 §. 1. 2. 3. 4. 5. Summa est; βελη δὲ in l. lit. N. T. nunquam, notat pro-  
 posi-

positum Dei, vel reprobandi, vel incitandi & impellendi ad causas damnationis, vel damnandi, vel prædeterminandi ad actiones malas, vel etiam ad ipsam malitiam. Nimirum *βελή τῶ θεῶ*, cum de regno gratia sermo est, aut de negotio salutis, vel est *circa homines*, vel *circa media hominibus communicanda*. *βελή* *circa homines* est universale antecedens Dei consilium & voluntas de salute communicanda omnibus, sed *χρὶ π ξιν*, cui *ἀντιπίπλοντες* excidunt. De ca agitur *Luc. 7, 30*. Ad quam respectans Petrus ait, quod Deus sit *μὴ βελομένη τινὰς ἀπολέσθαι, ἀλλὰ πάντας εἰς μέλανοισιν χωρῆσαι* 2. ep. c. 3, 11. Ideoq; neq; *βελή θεῶ* est ad *ἀπόλειαν*. *Conf. 1. Tim. 2, 4*. & *c. 4, 10*. *βελή* *circa media* est etiam universalis, quoad mediorum communicationem, hominibus faciendam, *Act. 17, 30*. Versatur autem etiam *circa causarum salutis ordinationem & exhibitionem*. Et de ea æternum est consilium Dei, quomodo Salvator in mundum sit mittendus, & consummaturus sacrificium *ἰλαστικόν*. Ad quam consummationem faciendam Deus ab æterno prævidit, omnem actionum conatumque varietatem, supposito ordine rerum instituto & permissionibus atq; auxiliis divinis decretis, extituram. Et quia placuit Deo Patri, Filii sui facere *ἐκδοσιν* in ipsarum humanarum actionum molitionumque voraginem, id potius, quam aliud tempus selegit, hos potius quam alios homines, Judæos potius & Romanos, quam alios admisit, qui, suapte sponte arrepturi mysterium æternis temporibus tacitum & ludibrio habituri, si illis proponeretur, infestas in eodem periclitarentur manus. *βελή* interim ad media salutis ordinanda & sacrificium consummandum pertinet.

§. 26. *Quæ Περούσις? Περούσιον* posset videri idem esse *Quæ περούσις?* quod *περούσιον*, sc. in monumentis Prophetarum. In quem sensum Petrus *Act. cap. 3, v. 18*. *ὁ θεός, ὁ περουατή γράψε δὲ σὺ μάλῃ πάντων τῶν προφητῶν αὐτῶ, παθεῖν ἔχεις ὄν, ἐπλήρωσεν ἔγω*. Sic & *ἐγνωσις* & *βελή θεῶ* *δεισιμένη* vocata esse potest, quia est in verbo revelato demonstrata, definita, explicata, sicut Christus dicitur Filius Dei *δεισις* per resurrectionem, non prædestinatione, sed manifestatione, demonstratione, comprobatione, confessione, uti veteres explicant, quo de loco vide *Pentadec. nostra dissert. 13. quæ est 2. de seß. ad dextr. §. 9, 10, 11, 12*. Hanc significationem sectatus fuisse

videtur Hilarius *supra* §. 2. cum verba nostra ita reddit, *quanta manus tua & consilium tuum praescripsit fieri*. Sed 1. ita in S. literis *προοίσις* in Nōvo Testamento non sumitur. 2. res eodem recidit: quia enim ab aeterno ea, quæ ad salutis nostræ sacrificium constituendum pertinent, definivit sive permittere fieri, sive etiam ipse facere, idè in tempore Propheticis oraculis exposuit. 3. Omnino itaque actus aliquis aeternus in Deo notatur. Nunquam autem *προοίσις* vel ad malitiam aliquam, vel ad actionem substratam malitiæ in divinis monumentis refertur. Nunquam ex divino *προοίσις* absolute & antecedenter definiente & determinante fluit mala actio sive materialiter, sive formaliter considerata. Patet hoc discurrendo per loca singula. Rom. 8, 29. de Deo dicitur, quod *ἔτι πρόθεσιν κλήσας προάγει τῆς εὐδοχίας*. Est destinatio ad rem sanctissimam, sc. conformitatem cum imagine Filij sui. v. 30. est destinatio, cui respondet in tempore vocatio efficax, justificatio, & glorificatio. i. Cor. 2, 7. est actus aeternæ ordinationis *τῆς σοφίας θεῶν ἐν μυστηρίοις τῆς ἀποκρυφθέντες*, adeoque pertinet ad objecti mediorumque credendi prædefinitionem. Eph. 1, 5. & 11. ad *ἡγορασίου* spectat & *προοίσις* *ἢ μυστηρίου* *ἢ προλήψεως* *ἢ ἀποκάλυψεως*. v. 9.

Quid vivē-  
du.

§. 27. Quis igitur *προοίσις* terminus? Quid *γινέσθαι*? An fieri peccata illa, quibus adversus Christum hostes ipsius tumultuati debacchatiq; sunt? Nequaquam. Ostendimus enim in c. 3. *Interp. AntiTrigl* §. 38 cum analogia fidei & principiis Theologicis non consentire, si dicamus, Deum velle mala esse, vel velle mala fieri. Fieri igitur h. l. non est fieri ipsius mali, quod per se ad esse mali & productionem peccati tendit, sed est fieri ipsius boni, scilicet passionis & mortis pro mundi vita, quod *accidentaliter & per accidens*, præterque tendentiam & inclinationem causæ proximæ, ex fieri ipsius mali emergit, Deo dirigente atque ordinante, quodque ad productionem sacrificij *τετελεσμένον* tendit. Sic enim veteres supra locuti sunt. Vide Augustinum, Prosperum, Leonem, Fulgentium, Oecumenium &c. Nimirum *τὸ ποιεῖν* Judæorum & Gentium consideratur vel *ratione termini à quo*, vel *ratione termini ad quem*. Isto respectu ab ipsa mala voluntate, ex propria defectibilitate & iniquitate ad malum determinata, oritur. *Πρόθεσις* autem di-  
vina

vina istum non decrevit, nisi permittere: nullo modo ad istum voluntatem prædeterminavit. Terminus ad quem est ipsa receptio actionum iniquissimarum: hanc ad consummationem sacrificii catholici volebat fieri ab ipso Christo; & hanc ~~debetis~~ divina sanxit. Nimirum, ut Leo dixit, *iniquitas persecutorum non orta est ex divino consilio: nequaquam facinus, quod omni majus est crimine, manus divine preparationis armavit.* Terminus à quo ~~Ε ποινου~~ est, ut Leo dixit, *in Iudaorum malignitate præcognitus, quæ est in voluntate interficiendi, estque atrocitas sceleris.* Terminus ad quem est in Christi passione dispositus, estque voluntas moriendi & tolerantia redemptoris. Illi egerunt, quod voluerunt; hic cessit, ut possent, stitit se, ut haberent, in quem agerent. Sed, ut omnia accuratius expendantur, attendamus ad modum formamque dictionis divini scriptoris.

§. 27. 1. Non dixit S. Lucas: *Manus tua & consilium tuum præfinit absolute omnia*; quasi nullus respectus, nulla ~~αεγρωσις~~ antecessisset. Equidem consilium de mysterio salutis definitum est, ut dictum supra, cum respectu & ~~αεγρωσις~~ generis humani lapsi in peccatum. Permissio autem malignitatis & atrocitatis, quæ adversus Christum defecit, etiam absolute definita esse nequit, quia aut est pœna antecedentium peccatorum, & respectu illorum definita, aut tendit ad manifestationem animorum erga consilium divinum ingratisissimorum & injustissimorum. Sic de ~~Στοιχειο~~ Simeon canus vaticinatur *Luc. 2, 35.* prima verò permissio ob majoris boni emersionem fit, atque idè etiam absoluta non est.

2. Non dixit S. Lucas: *Manus tua & consilium tuum prædefinit in tempore determinare antecederet ipsas actiones Pontij Pilati, Herodis, Pontificumque, quæ tales sunt.* Did. Alvarez Tranensis Archiepisc. quando tract. de auxil. divin. grat. disputat. 24. pag. 233. quem Triglandius sequitur, disputat, *Deum actus malos, quæ actus sunt, omnes efficaci voluntate prædeterminasse, adeoque reduci debere in Deum, tanquam causam primam præmoventem & prædeterminantem actuali motione ad talem actum creatam voluntatem; in quantum actus est & secundum quod est ens*; etiam tenetur concedere, hos Christi hostes ad actum odij & ceteras omnes actiones, quas contra Christum exercuerunt, fuisse præmotos, prædeterminatos & efficaci ter destinatos, quæ actus sunt. Contra quam sententiam disputa-

vimus *superius c. 3 in primis §. 49.* Malè huc trahitur locus noster. Ille enim *περοεισιουδν* proponit, sed actuum infallibilem, efficacem & irresistibilem prædeterminationem & præexcitationem non indicat. Sanè posita illa, *επολβντοι* constituuntur hostes Christi, & compellati, cur fremuerint adversus unctum Domini, respon- sionem in parato habent, quia ad fremitum illum, qua actus est, nos ex antecedenti divina excitatione & motione divina voluntatis fui- mus determinati, & applicatio etiam nostra ad taliter agendum, hoc mo- mento temporis, hac circumstantiarum collocatione, non fuit nisi à præ- movente Deo. Vide ista latius contra Alvarez, & assecas deducen- tem Suarezium in *opusc. de auxil. Dei, lib. 2. c. 2.* & Leonh. Lessium *de Grat. effc. cap. 3.* quorum verba excerptimus in *Vind. ad 4. Ex. dif- fert. 3. §. 6. & 7.*

3. Non dixit S. Lucas: *Manus tua & consilium tuum prædefini- vit ipsam pravitatem, ut facerent illam.* Dixit enim S. Lucas, *περοεισιουδν* respicere voluntatem hostium & pravitatem, sed non re- spectu prædeterminante & præmovente ad illam, sed ordinante & dirigente ad illa, scil. quæ consilio salutis constituendo cohæ- rent. Non ad existentiam & originem pravitatis, sed ad usum & or- dinem, per accidens illi supervenientem divinæ providentiæ oculo respexit. *Περοεισιουδν & ηυεδν* tendit ad ideam sacrificij Iesu, non ad malitia illapsam. Quod contra Piscatorem notandum, qui ad *Amicam dupl. Vorstij, pag. 411.* homicidium Judæorum & proditio- nem Judæ consentaneam fuisse voluntati Dei: & pag. 151. duo illa gran- dia peccata, proditionis, scil. Iudæ, homicidij Pilati & Iudæorum, secun- dum arcanam illam & omnes causas antegredientem efficacemque Dei voluntatem admissa fuisse, asseverat.

4. Non dixit S. Lucas: *Manus tua & consilium tuum prædefi- nivit ipsam pravitatem, ut fieret.* Inter *δοα* enim illa, quæ Deus fieri decrevit, non est ipsa pravitas & atrocitas facinoris, uti supra ostensum est. Et jam supra etiam observatum est, Deum per sum- mam sanctitatem voluntatis suæ non posse velle fieri malum.

5. Non dixit S. Lucas: *Herodes & Pilatus &c. convenerunt, ut facerent, quia præsinivit, seu ex vi ipsius præsinitionis; sed quæ præ- sinivit.* In idea mediorum salutis generis humani requireban- tur aliquæ actiones ad consummationem sacrificij catholici  
expia.

expiatorij Jesu. Poterant illa aliunde præstari. Deus ex præ-  
scientia sua cognovit, si e. g. Pilato, Herodi, & Pontificibus il-  
lius temporis fieret Christus ἐκδοτῶ, illos interfectionis consi-  
lia agitaturos, imò ad interfectionem usque grassatuuros. Placuit  
Deo ἐκδοσῆναι facere in illum ordinem humanarum voluntatum  
Filij sui, & ad saluberrimum opus inordinatissimas machina-  
tiones ordinare. Non igitur τὸ ποιῆσαι, sed ποιήσεως τάξις ad il-  
lud incomparabile opus, seu ἐκδοσῆναι ad consilij Dei comple-  
mentum divino πρᾶξι καὶ ἀποστομῶν adscribenda. Damus similia. Sit ali-  
quis, qui lethale apostema habet, velletque illud incidi mo-  
do convenientissimo. Superveniret aliquis districto ense, ani-  
mo interficiendi & latrocinandi, enssem adversus ægrotantem  
diringeret, incideret præter suum consilium apostema, qua in-  
cisione salus ægro compararetur. Sanè ille æger dicere posset, il-  
le me obruit ad faciendum id, quod ego dudum volebam & in  
consiliis votisque habebam. Interim ille apostematis incisor &  
vulnerationis autor suum ductum sive impetum secutus, licet  
feliciter & salutariter egerit, per accidens tamen & extrinseca  
ordinatione ita egit, ut in & per se sceleratè operatus & latronis  
publici pœnam meritis fuerit. Sic incidi voluit & vulnerari pro  
orbis redemptione Filius Dei: obvii erant Judæi & Gentiles ad  
violentam & per se nequaquam medicam incisionem. Filius  
Dei admisit. Deus Pater incursum permisit. Sic facta est Filij Dei  
incisio & decreta vulneratio pro salute orbis, licet Deus illam  
violentam & sanguinariam incursionem non decreverit, verum  
illa tantum in suo decreto faciendorum & fiendorum pro mun-  
di salute uti designaverit. Rursus; sit aliquis, qui grande saxum  
è monte præcipiti pro domus construendæ basi devehere decre-  
vit. Occurrant quidam, qui animò eos, qui in subjecta valle  
habitant, committendi, solvant à radicibus quasi suis lapidem,  
devolvant, præcipitent ita, ut ad basin constituendam commo-  
dissimè cadatt. Sanè rursus is diceret verissimè, hi homines  
convenerunt in veritate, ut facerent, quæ manus mea & consi-  
lium meum fieri decrevit. Interim ille non decrevit ipsam isthoc  
animo conceptam effectamque lapidis solutionem, devolutio-  
nem, præcipitationem. Sic excindendus fuerat ad fundamen-

tum

eam Ecclesiæ constituendum Dominus Jesus. Judæi & Gentiles incurrunt, excindunt, præcipitant, sed animo evertendi Ecclesiam. Rectissime dicit Ecclesia; Judæi & Gentiles, incurrendo, excindendo, præcipitando lapidem angularem, fecerunt id, quod manus & consilium Dei decrevit fieri. Nec tamen manus & consilium Dei dici possunt decrevisse ipsam incursionem, excisionem, præcipationem lapidis angularis.


6. Non dixit S. Lucas; *Omnia, quæ Pontius Pilatus, Herodes & ceteri Iesu hostes, fecerunt, decrevit manus & consilium Dei fieri.* Fecerunt in isto furore plurima pessima & horrenda; sed ista decrevisse Deum, ut fierent, nequaquam dicendum est. S. Lucas ait, istos fecisse, quæ Deus volebat manu consilioque suo fieri. Unde nequaquam sequitur; omnia, quæ illi fecerunt, Deum decrevisse fieri.


7. Non dixit S. Lucas: *Omnia, quæ fiebant ex illo conventu Gentilium & Iudeorum, Deum manu sua suoque consilio voluisse facere.* Fiebant tum multa, quæ Deus non volebat fieri, quia nefaria sunt & truculenta. Interim, quæ Deus volebat fieri, sanctissime fiebant & innocentissime. Unde non omnia, quæ ex illo conventu scelerato fiebant, Deus manu sua consilioque suo potuit voluisse facere.


8. *Prædefiniuit igitur Deus Opt. Max. ipsam passionem, & ex deo av filij sui ad illam.* Hanc voluit perfici seu fieri. Circa hanc manus Dei operata est. Circa hanc consilium Dei fuit efficax.

9. *Prædefiniuit denique; Omnia, quæ quovis modo ab ipsis fiebant, aut isti Domini nostri hostes fecerunt, permittere.* Manum enim cedentem, admittentem, permittentem, ordinantemque; divinæ providentiæ profiteri hoc loco, necesse est. Nimirum Deus designatâ in animis hostium Filij sui, & ab æterno prævisam, parricidalem actionem ad pulcherrimum sanctissimumque eventum sacrificatio- nis promundi vita transtulit. Eventum hunc incomparabilem perpetuis laudibus nos prosequamur. Ut id possimus, dirigat nos manus & consilium Dei ad nominis ipsius gloriam, A M E N.




















5  
IV.

**ca genus non est ars nec prudentia.**

ut prolixi sumus, nulla flagitat nece sitas: unico igr  
ur: quicunq; habitus philosophicus non est practi-  
ca vitia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ  
adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Meta-  
phis habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit.  
t prudentiæ propria indoles, uti minore[m] ipsius  
a, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte  
dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc ar-  
ti non competit definitio artis, illius genus ars esse  
ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Major  
tio generis competit speciei generi subjectæ, quia  
eò est corpus animatum sensu præditum. Minor  
one artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi-  
tfectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men-  
theor. transe. disp. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra-  
yfica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi-  
es habitus practici: Forlan species alicui compe-  
genus illius speciei? quod ego non crediderim,  
omo sit & non animal. Hac ille. Artem contem-  
m Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. f. 1. & Scharf. theor.  
p. 20. proclamamus σιδυρόζυλον. Nec juvat eum  
io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore  
quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc.  
b. 1. art. 3. f. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n.  
p. 7. l. 1. quest. 1. & alii.

V.

**ca genus non est intelligentia.**

usio non aded sit apud Dd. Metaph. controver-  
a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta  
lided non possit esse genus Metaphysicæ, quia  
siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic  
æ constituere nequeat, quia præcisè Principia  
mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin-  
a. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-  
A 3 jor